




**Symbolarum criticarum,
geographiam Byzantinam spectantium,
partes duae.**

Scripsit

Theophilus Lucas Fridericus Tafel,

Dr. Bavaricae, literarum academiae sodalis.

PJ 0100 241 95

**Symbolarum criticarum,
geographiam Byzantinam spectantium,
partes duae.**

Scriptisit

Th. L. F. Tafel,

Dr. Bavaricae literarum academiae sodalis.

Pars prior.

Pactum Veneto-Graecum anni 1199 de ordinando commercio.

AMERICAN UNIVERSITY

LIBRARY

1964

1964

1964

1964

1964

1964

Praefatio.

Regni Byzantini geographiam, a paucis eruditorum tentatam, libris potissimum scriptorum indigenarum niti, vulgo credi constat. Optime enim locorum situs et natura ab iis, sic volunt, describitur, qui primam ibi lucem conspicati vitam in solo natali egerunt, cuius notitiam peregrini penitiolem raro adipiscuntur. Unde ex ipsis Byzantinorum annalibus eius terrae geographiam commodè peti posse multi autumabunt. Quod tamen secus esse, libere fatendum videtur. Graecia illa senilis, si quidem Byzantium Graeciae nomine ornare fas est, non tulit Strabones, Pausanias, Ptolemaeos, sed unum fere Procopium, historicis potius, quam geographis accensendum, quam annales eius de bellis Justiniani imperatoris conscripti cum Aedificiorum libro permulta et quidem egregia habeant, quae veteris mediique aevi geographiam illustrent. Post Procopium vero et Hieroclem, synecdemi auctorem, num scriptores Graeci extiterint, qui ipsam sui temporis geographiam tetigisse putari possint, id vero in ambiguo mihi semper positum fuit; immo negandum omnino esse videtur. Namque Stephanus ille Byzantinus, ut pauca de

multis memorem, totus est in libris ulterioris aevi excerpendis, quod idem in Constantinum Porphyrogenitum, imperatorem, decimi seculi scriptorem, cadit. Huius enim thematum sive provinciarum liber Hieroclis, Procopio ut volunt coaevi, synecdemum fere repetit atque exscribit; aliud vero eiusdem scriptum, de administrando, inquam, imperio, terras potius conterminas, maxime boreales, quam Byzantinum imperium exponit. Unde fit, ut ad solos paene (quid aliud?) rerum scriptores sive historicos reiiciamur, ex quorum libris satis multis grandi labore Byzantinae geographiae delineatio quaedam et adumbratio petenda esse videtur, quam nos ultimo tempore unius alteriusque libelli ope tentasse non est quod multis exponatur.

Verum huius incommodi medelam quandam minime contemnendam sequens tractatio ostendet. Eam mercaturae gentium Italicarum, maxime Venetorum, deinde bello anni 1204 deberi video. Nimirum Veneti cum varias iniurias a Comnenis, Graecorum imperatoribus, accepissent iisdemque intulissent, post multas rerum vicissitudines, item transactiones, anno 1199 pactum fecerunt cum Alexio III., cum ut damnum a Graecis illatum compensaretur, tum ut novus commercii ordo stabiliretur. Anno vero 1204 Constantinopoli capta Franci regnum Graecorum inter se dividerunt. Utriusque conventionis libelli, latine scripti, etiam nunc exstant, a paucis lecti, a nemine illustrati. Sunt autem, si nomina propria spectes, ita depravati sive auctorum ignorantia, sive librariorum oscitantia, ut aliud antiquitatis documentum, quod cum iis conferas, vix in-

veneris. Horum ego libellorum quem textum dicunt, e codicibus mss. innumeris locis emendavi, dein commentario geographico instruxi, Petri Wesselingii, itinerariorum editoris praestantissimi, vestigia secutus, in multis etiam, sic spero, eum assecutus, ni doctis aliter videbitur. Quae ius commercii et consuetudinem spectant, ea aliis relinquentes iam ipsum opus aggrediamur. Et primo quidem de iis, quae pactum Veneto-Graecum antecesserunt, breviter agendum erit.

Graeca Venetorum mercatura quando initium et quale habuerit, nemo facile extricabit. Prima civitatum semina et origines nox premit, iisque non ante lux oboritur, quam si ad quandam altitudinem excreverunt. Veneti, quum seculo quinto turbas Hunnicas elapsi insulas superioris Adriae insedissent, satis habebant, tuguria figere, piscaturam exercere, aevum nisi lautum, tamen securum agere. Sero puto commercia cum vicinis secuta, impediende etiam maris saevitia. Andrea Dandolo teste (Muratori, scriptt. rerum Ital. Vol. 12. p. 171.) non ante seculi noni initium Constantinopolin adisse videntur. Seculo decimo, ut idem refert (l. c. p. 223), cives eorum varii generis privilegia ibidem nacti sunt. Alexius I. Comnenus, fine seculi undecimi regnum adeptus, Venetorum classe adiutus prope Dyrrhachium Normannos, Italiae inferioris Siciliaeque dominos, fugavit (Wilken, rerum ab Alexio cett. gestarum p. 158 sq.). Reliquum Alexii regnum Venetos amicos habuit, neque aliter Joannis (1119—1143). Idem valet de toto fere Manuelis aevo, qui patrem

Joannem anno 1143 secutus, multis artibus (iis autem pollebat) vastoque auri pondere non tantum Mediolanenses movit, ut muros a Friderico I. Suevo dirutos reficerent, verum etiam ipsos Venetos eidem Germanorum imperatori infensos fecit (Wilken, l. c. p. 593.). Sub finem vitae, anno 1172, Manuel, Venetis iratus, non sine gravi perfidiae specie contra eorum mercatores Constantinopoli habitantes admodum saeviit; qui vindictae exercendae causa mare classibus infestant, Normannorum socii existunt, Servios ad rebellionem incitant (Wilken, l. c. p. 604. Hüllmann, Geschichte des byzantinischen Handels bis zum Ende der Kreuzzüge. Preisschrift, gekrönt von der königl. Societät der Wissenschaften zu Göttingen. 1808. p. 29 sqq.)*) Postremo pax cum Venetis resti-

*) Mercaturam Byzantinam magis ab extraneis, Italia potissimum, quam ab indigenis cultam et exercitam fuisse, notum id omnibus esse puto. Fuit, sic iubet novitia loquendi licentia, passiva, non activa; cuius rei causas hoc loco exponere longum foret. Tentabunt peritiores. Jam vero si Gottingensis scientiarum societas quaestionem suam in fine expeditionum cruciatarum terminavit, id quo consilio factum sit, equidem nondum perspexi. Mercatura Byzantina, ut alia gentium commercia, vicissitudines suas experta est, in quarum ordine et momento expeditiones modo dictas neque primum, neque ultimum locum obtinuisse arbitror. Itolorum mercatores grassante bello illo malesano magis quam antea Syriam cum Palaestina adibant. An etiam regnum Byzantinum? Equidem nego. Factum id eo tempore puto, quo Flandri Gallique, immo Veneti, Byzantium utcunque regebant. Hi erant opum Graecarum, si quae post annum 1204 supererant, domini; aevo anteriori, maxime Comnenorum, praeter imperatores Graecos reapse Genuenses cum Amalphitanis, Pisanis, Venetis, immo fere soli Genuenses et Pisani. Illi vero, Genuenses, inquam, restituto (ab ipsis) Graecorum imperio, soli fere ibi mercabantur,

tuta; damna illis illata num vel Manuel, vel proximorum imperatorum quis compensaverit, neque proditum legimus, neque omnino veri speciem habet. Venetorum enim oratores de ea re identidem Constantinopolin missos fuisse e pacto elucet, cuius ipsum tenorem paulo inferius habebimus. Quid? quod Andronicus Comnenus, regni anno 1182 invasor, adversus omnes Latinos in urbe regia sedentes (erant ultra sexaginta millia) truculenter grassatus esse dicitur, unanimi consensu referentibus Graecorum scriptoribus, item Latinis. Quae tamen calamitas Genuenses magis et Pisanos, quam Venetos afflixisse videtur; hos enim odium et suspicionem inde ab anno 1172 conceptam impulisse puto, ut rariora inde cum Byzantinis

expulsis Venetis et Francorum Flandrorumque equitibus, qui insularum et Graeciae partem inter varios rerum casus tenebant. Expeditiones cruciatae ut bellum Alexandri Magni Persicum orientis partem cum Byzantio Europaeis ni aperuerunt, tamen notiore fecerunt. Mercatutam pax fovet, minus bellum. Priori vero expeditionum sacrarum seculo terram Byzantinam ab exercitibus barbarorum occidentalium plus semel misere vastatam fuisse quis nescit? Accedit eodem aevo bellorum Normannicorum lues, ut taceam de bellis Avaricis, Sarazenicis, Bulgaricis, anteriori aevo assignandis. Quid multa? Mercatura Byzantina fine imperii a Turcis facto terminatur, quique postero tempore eius historiam tentabit, rite, sic spero, cognitam habebit universam reipublicae Byzantinae formam, oeconomiam publicam et privatam, militiam, ecclesiam, judicia, agriculturam, artes, litterarum studia, gentium variarum vitam et consuetudines, alia. Idem vero non uno tantum et altero chronico occidentali, ut Hüllmannus, utetur; sed primo vastum scriptorum Byzantinorum corpus pervestigabit, hinc ad Arabes cett. perget, postremo latebras et claustra archivorum perfringet.

commercia exercerent. Tandem vetus dissidium pacto anni 1199 utcunque finitum est, testante libello, quem deinceps dabimus, ubi multa iura et privilegia Venetis concessa legimus, de quibus iam cum Isaacio imperatore, Alexii III. antecessore, multoties egerant. Fide tamen num Graeci vel tum steterint, damnaque compensaverint, id neque apud rerum scriptores relatum legimus, neque adeo probabile esse videtur. Simultates enim mercatorum magno temporis spatio opus habent, ut ne identidem recrudescant, potius ut sopiantur. Quid? quod brevi post (a. 1203) ipsos Venetos, adversus pactorum fidem rebus Graecorum immixtos, Alexium IV., Isaacii, qui regnum recuperaverat, filium in urbem regiam reduxisse constat, adiuvantibus Latinorum occidentalium equitibus. Revera horum cum Venetis commilitium eum eventum habuit, ut totum, qua patebat, Graecorum imperium in raptorum praedamcederet, Venetorum, inquam, Francorum, Flandrorum, violata iuramenti religione, qua ad aliud iter obligabantur; scilicet terrae sanctae squalori et miseriae solem et opes strepitumque Byzantii anteponebant.

Verum inhibendus narrandi cursus, et ipse commentationis scopus aggrediendus, in eo scilicet positus, ut *pactum* sive *privilegium* ab Alexio III. imperatore a. 1199 Venetis concessum emendatius, quam antea factum constat, typis repetamus, partis vero geographicae, quam memoravimus, emaculationem et explicationem praestemus, quantum fieri poterit, diligentissimam. Est enim is index geographicus

lectu perquam dignus; quia multa geographiae Byzantinae capita illustrat et amplificat; idemque varia contribuit ad intelligendum alterum urbium indicem, quem posterius pactum, a nobis edendum, complectitur, scilicet *Latinorum partitio regni Byzantini*. Prior revera et posterior index geographicus mutuam sibi lucem suppetit; unde horum monumentorum editio iungenda erat.

Ergo Venetus *C. A. Marinus* (Marin) primus nostrum pactum e tenebris patrii archivi, tum Veneti, nunc Vindobonensis, protraxit in libro: *Storia civile e politica del commercio de Veneziani* (In Venezia 1798—1808), tomo tertio p. 310—327. De hoc libro quid alii iudicarint, referre non vacat. Reliqua vero venerandae antiquitatis monumenta si pari negligentia, immo oscitantia auctor repetiit, vaeh huic historiae Venetorum Marinianae! Nomina enim urbium terrarumque propria tanto mendorum squalore Marinus foedavit, ut, nisi aliud codicis apographum fors fortuna, immo *Schafarikii*, viri celeberrimi, humanitas nobis obtulisset, de sensu atque intellectu partis istius geographicae desperandum esset. Igitur Pragensis nostrorum studiorum fautor sociusque indefessus anno huius seculi quadragesimo sexto apographum partis geographicae, a *Grigororio* (Grigorowitsch), Russo-Casano professore eruditissimo, factum, nobis, ut libere uteremur, transmisit.*) Quantopere id per Deum O. M. distat a

*) Quod tamen apographum num Venetiae, an Vindobonae factum sit, non aperuit nobis Schafarikius, neque etiam ex quonam codice. Putem, Vin-

Mariniano! Venetus si reliquas, ut modo dixi, provinciae suae partes pari mentis calamive hebetudine administravit, quin omissa patriae mercaturae historia ipsius potius mercandi vel cauponandi opificium sibi sumpsit? Verum de his satis dictum puto. Restat, ut moneam, pacti nostri mentionem non omissam esse a *Schlossero*, viro celeberrimo, in libro bonae frugis pleno, qui inscribitur: *Weltgeschichte*, T. III. parte II. pag. 24. not. Hüllmannum in historia sua mercaturae Byzantinae, quam supra citavi, libro Mariniano omnino non usum video. Abstinuit quoque idem auctor fontibus historiae orientalibus; Byzantinos vero scriptores mirum quam parce in medium provocavit, quod maxime valet de Constantini Porphyrogeniti libro ceremoniarum, qui vasta Reiskii eruditione illustratus Hüllmanno, tum iuveni, multa suppeditare poterat, quorum apud eum nec vola, nec vestigium.

Jam sequatur pactum Veneto-Graecum, cui Marinus

Vindobonae id factum, quo maior Veneti archivi pars translata esse dicitur. Estne igitur *liber*, quem dicunt, *albus*, an *liber pactorum*, asservatus uterque in archivo Vindobonensi, ex quo Russus sua descripsit? Vix crediderim. Grigorovicus enim a Marino cum in aliis plerisque recedit, tum maximopere in *ordine* nominum propriorum. Hunc enim in altera libelli parte codex Marini incredibiliter turbavit; Thesaliae urbes in Thraciam transponens, Phrygiae in Aeolidem, et quae sunt alia huius farraginis. Alium codicem Russus, puto, in manibus habuit, eoque usus est scite et diligenter. Marinianum vero apographum nihilominus quaedam melioris notae praestat. — De *libro albo* et de *libro pactorum* videatur *Wilkenius* (Kreuzzüge, T. 5. p. 282).

hunc titulum imposuit: „*Privilegium Alexii Comniani* (l. Comneni), imo *Angeli imperatoris Constantinopolitani* ex p^o. pactorum T. 77.“

„Quemadmodum animalia sese ad invicem intime diligentia, gregation (l. *gregatim*) quoque semper euntia, nec non et pascentia, et insuper ad sublimia et inferiora convolantia, congregientia etiam ac regretia (l. *regredientia*), et forte interdum quadam necessitate decedentia, et saepe ad invicem retro respicientia, et gemendo, et se lugendo, et propriis unius cuiusque vocibus desiderium ab invicem remoturum (l. *remotorum*) demonstrantia, et si alicubi libertatem ceperint, statim valde ad compescentia (l. *compascentia*) redeuntia, et laetitiam impossibilem est dici quantum ex facto ad invicem concursu, et veluti diligenti alloquutionem (l. *alloquutione*) non significativis et inarticulatis vocibus subsignificantia; sic et [genus Veneticum plurimum amicabile, et servitio circa Romaniam per tempora iam multa, et etiam a centum annis, et plus connumeramus, possidentes inconvulsi eam et indivisibiliter detinent, et si aliquem remoto forte, sic eos prosequitur, quiete remotionem portantes, saepe ad unionem revertuntur, modis quoque omnibus eum revocare requiritur; et ut matrem puer, et ad Dominam venia (l. *verna*) respiciunt, atque amplexus exspectant, cum autem invenerint, indissolubilibus vinculis amoris tenere student, quod quidem et nunc Venetiae circa Romaniam contigit; nam imperio meo sceptra Romaniae divina providentia suscipiente, Nobilissimus Dux Venetiae, et protosevastus Henricus Dandolus ac etiam ipsa Veneticorum consilii prudentia super requisitionem unionis quasi dissolutae nequaquam super (l. *semper*) dormitavit, imo legatos ad nostram transmisere celsitudinem, primo quidem Rainerium Zeno, et filium nobilissimi quidem ducis Veneti Auri Magistri Petri, Marinum, et legatum ab imperio meo suscepunt grammaticum eius, pro eo nobilissimum yppatum (l. *hypatum*)

dominum Joannem Cataflorum, et quoniam quidem per eum in Venetia sufficienter morantem, quae in conventionem ambigua erant, solvi non potuere, alios statim legatos ad nostram transmissere sublimitatem, et nec per eos valentes pacisci, finem apponi eis, quae ab his quaerebantur, nec aliorum legatorum missionem procelavere (l. *procelavere*), imo accessere, et rursus ad nostram legati Venetiae Tranquillitatem Enricus Navagierius, Andreas Donatus et Benedictus Grilionus, et cum nec ista, quae legationis erant per suum velle ipsos imitantia, invenit, ad se mittentes, et ipsi rediere suscipientes legatum pansevastum et familiarem nostrum imperio nostro acoluthum, dominum Joannem Nonacopulum, et abici (l. *abii*) is cum eis, et cum nec per istum eis, quae ipsis sedebant maiores Venetiae, finem inducere potuere, alios legatos ad nostram direxere Mansuetudinem, Petrum Michaellem videtur (l. *videlicet*), et Octavianum Quirinum, viros prudentia, consilio et verbo apud Venetos quam magnos, quam (l. *cum*) pansevastum et imperio nostro familiari cancellario viae domino Demetrio Ternischio (l. *Tornicio*) ex praecepto nostrae Magnificientiae tam de iam pactis, quam etiam ex novo paciscendis multoties ratiocinantes, et denique coram nostra Maiestate steterunt, inter praedictum cancellarium atque eos tractata retulere, et multam instantiam, nec non etiam deprecationem, ut eius placita perficere possent, facientes ad declarandum, acquievere, iuravere et sacramentum sic ad verbum continens: „nos legati nobilissimi Ducis Veneti et imperialis protosevasti Henrici Danduli Petrus Michael et Octavianus Quirinus iuramus hac hodierna die, quae est vigesima septima praesentis mensis Septembris secundae indictionis 6707 anni, ad sancta Dei evangelia et ad honorabilem et vivificam crucem, quod omnia, quae pacti sumus cum sanctissimo et altissimo imperatore Romanorum et semper augusto Domino Alexio Comneno (l. *Commeno*) secundum hortationem et voluntatem praedicti nobilissimi Ducis Venetiae et ex scripta eius commissione ad Nos ex voluntate maioris partis

parvi et magni concilii Venetiae facta convenimus et pacti sumus, et quod concessit et commisit nobis idem nobilissimus Dux Venetiae, ut nos super animam nostram iuremus, quod et ipse ea, quae a nobis pacta sunt et conventa, et homines Venetiae iurare faciat, et ex eo, quae nobis hoc concessit et commisit, non id subvertit, vel immutavit, et sicut haec iuramus sine fraude et malo ingenio: sic adiuvet Deus et sancta eius evangelia et honorabilis atque vivifica crux praedictum Ducem nostrum et nos et in hoc saeculo, et in futuro.“

Haec igitur iurantes et quae pacta sunt ab eis nostrae Magnificentiae, ut ex parte praedicti nobilissimi nostri Ducis, eorum et totius Venetiae scripto ab eis subscripto comprehendentes, id nostrae Tranquillitati tradidere, sic perditiones (pactiones?) habens, „non est conventa Venetia“, et caetera ad verbum, prout in instrumentum Isaachii Angeli anni 1188 T. 73. usque ad haec verba, „haec quidem omnia Venetici custodiunt“. excepto, quod in initio, ubi in eo instrumentum legitur „contra imperium Domini Isaachii“, hic legere est „contra imperium domini imperatoris Romanorum et semper augusti, domini Alexii Comneni (l. *Comneni*)“; item circa medium, ubi illic legitur „contra omnem gentem volentem laedere eum secundum quod superius ostensum est, salva tamen concordia, quam cum nobilissimo rege Alemanniae“ etc. hic est legere, „prout superius declaratum est, et contra ipsum Regem Alemanniae“, nec habentur caetera verba sequentia „circa regem Willielmum“, sed sequuntur illa verba“ et si imperium eorum noluerit homines aut vestiaria“ etc. Item ubi illic legitur „per iuramentum debent Venetiae“, secundum quod et nunc Dux Venetiae Nos, Henricus Dandulus, iuravimus“, et desunt sequentia verba illic „debitores fisci“, et etiam usque „de haereditibus suis“, annotanturque verbo „iuravimus“ haec verba videlicet: „item si inimicorum imperii aliquis insultum fecerit“ etc., et paulo infra, ubi in eo legitur „neque ob praeceptum vel timorem alicuius

coronatae personae vel non coronatae, vel ipsius regis Alemanniae,“
 inde sequitur videlicet, „vel absolutionem alicuius pontificum, aut ip-
 sius papae urbis Romae; haec autem omnia custodient Venetici bona
 fide, sine fraude et malo ingenio, quamdiu ab imperio eorum et im-
 peratoribus, qui deinceps erunt, integre conserventur, quae nobis pro-
 missa sunt a sanctissimo imperatore, domino Alexio Connano (l.
Comneno) per chrysobulla imperii eius, et quae quidem suprascripti
 prudentissimi legati nobilissimi et fidelissimi imperio meo protosevasti
 et Ducis Venetiae Henrici Danduli ad imperium meum et Romania
 pepigere et iuravere, et in scripto ab eis suprascripto comprehen-
 dentes imperio meo tradidere iurandi et ab ipso Duce eorum et tota
 Venetia. Hoc imperium autem meum, suscipiens praedictum chryso-
 bullum, verbum suum transmisit nobilissimo et fidelissimo imperio meo
 protosevasto, et Duci Venetiae, et universae Venetiae plenitudini
 per imperii mei legatum illuc directum praenobilissimum et fa-
 miliarem imperio meo protosevastum dominum Theodorum Auricula-
 num, quod chrysobullum verbum scilicet, et promittit eis, quoniam nobi-
 lissimo Duce eorum protosevasto, et magno et parvo concilio Venetiae ac
 alia eius plenitudine susipientibus hoc sacramentum quoque secundum
 suam consuetudinem confirmantibus, et in scripto ponentibus haec omnia
 continenti et propriarum manuum suarum subscriptionibus id consum-
 mantibus etc. praedicto protonotario imperio meo id mittentibus tra-
 ditur eis ab eo praesens chrysobullum verbum imperii mei corrobo-
 rans, et confirmans fidelissimis imperio meo Veneticis antiquitus facta
 chrysobulla a sempiternae memoriae imperatore et proavo imperii
 mei, domino Alexio Connano (l. *Comneno*), et filio eius domino im-
 peratore Joanne, et dilecto patruo imperii mei, domino Manuele Con-
 nano (l. *Comneno*), insuper et facta eis chrysobulla a P... imperante
 dilectissimo fratre imperii mei domino Isaachio Angelo super his,
 quae promissa sunt eis per ea tamquam iam completis, quae et non-
 dum finem cupientibus et efficaciam, ac in commutationem habebunt,

et tamquam facta ab imperio nostro deputabuntur. Corroborat enim et confirmat ea imperium meum per praesens chrysobullum verbum suum et praecipit eos conversari salvos et sine timore in omnibus regionibus imperii nostri in personis et pecuniis eorum tam ab hominibus imperii nostri, quam etiam ab ipso imperio nostro; habere quoque ipsos et omnia tenimenta, quae habebant tempore super eos praeventientis irae semper memorandi imperatoris patris imperii mei domini Manuelis Comneni (l. *Comneni*). Et si ob servitium, quod imperio meo fecerint, vel imperatori, prout superius ordinato scripto legatorum Veneticorum declaratur, supervenit eis a coronata persona parva vel magna gente guerra, debet imperium meum, vel per tempora imperaturi, sicut in ipsa conventionem declaratur, eos adjuvare, prout adjuvaret unum de magnis Romaniae civitatibus. Insuper si et imperium meum aut imperaturi fecerint amorem aut nequam cum alio inimico eorum, qui servierint imperio nostro, debet imperium nostrum eos inducere in talem illum amorem vel nequam; promittit eis etiam, et licentiam habere in omnibus regionibus imperii mei, tam in his, quae circa litus sunt, quam in his, quae intra terram, et in ipsis insulis et simpliciter in omnibus partibus, quae sub potestate nostrae piae Tranquillitatis sunt, omnem mercationem exercere, et emere atque vendere omnem speciem in regionibus imperii nostri nascentem et ex aliis regionibus in eis allatam, sive per naves, sive per mare, sive per somaria vel plaustra per terram, et nec commercium, nec pedagium, vel passagium aut somaticon, aut portuaticon, aut causa onerandi, aut scalaticum, nec aliquem censum ad petitionem a navibus in Romaniam venientibus, vel aut somariis vel plaustris per omnes regiones imperii mei transeuntibus ex consuetudine exactum exigentur. Insuper, et quoniam in quibusdam regionibus imperii mei molestiam et intormationem non parvam adde contra Veneticos imperio meo fidelissimos iam dicti prudentissimi Venetiae legati Petrus Michael et Octavianus Quirinus meo suggessere imperio, eo, quod in chrysobullis prius eis

factis ipsae non sint ordinatae: imperium meum et a tali molestia volens fidelissimos et Veneticos liberare, et nominatim omnes regiones, quae sub Romania sunt, in quibus mercari debent, ordinare, in praesenti chrysobulo (l. *chrysobullo*) meo placuit imperio, quod haec sunt, istae videlicet: Provincia Dirrachii cum illa (l. *illis*) quae in ea sunt personarum et Ecclesiarum immobilibus, verso la Chimaera Provincia Jerichoret Canirion cum omnibus in ea immobilibus existentibus alla Vallona. Provincia Joanninon. Provincia Drinopoleos. Provincia Provincia Coloniae. Provincia Acrides. Provincia Prespe. Provincia Castoreae. Provincia Servion. Provincia Triadicae, et Provincia et Umnisone. Provincia Scopiae cum Episcepsi Coriton. Provincia Sangarion. Provincia Malesomi, et Morosischii. Provincia Strumicae. Provincia et Pellagoniae, ac Moliscum nec non, et Mogrens. Provincia Verias cum Catepanichio Cetri. Provincia Valeri, Strimonosero Tessalonichis. Provincia Nicopolon cum Episcopatibus in ea existentibus personabilibus Ecclesiasticis, et Monasterialibus, et cum ipsis Epischietibus subiacentibus intimis consanguineis Imperii mei, semper felicissimis Sevastocratoribus Caesareis et dilectis Imperii mei filiabus ac desideratissimae ipsi meae Augustae insula Corypsi. Cephalini. Zacinthos. Leucas. Ithaci. Orium in confinium. Patron, et Methonis Orion. Corinthi, Arighus et Nauplii. Orion Thebarum. Euripo cum Insulis Andro, et Caristo. Ceo, Milo, et in ceteris Insulis, quae sub Andro sunt. Dodecanesos. Mithilene. Chios. Samos. Epischiepsis Dimitrias. Duo Alnini. Epischiepsis Erevenicon. Fersalon. Epischiepsis Domocu et Vesis. Carthularata. Ezeros. Dobronviusta, et quae sub ipso sunt Villae. Tricala. Chodos. Coos. Strovicolos. Criti. Cypron. Orion Athenarum. Provincia Valesbativae. Provincia Wlachiae. Epischiepsis Mersinis Arhadiupoleor, et Ulgaro Philigi. Provincia Adrianupoleos, et didimolichi. Provincia Anchiali. Provincia Philippupoleos. Verois, Moras, et Arcydu.

Provincia Missioniae. Epischiepsis Damutritos. Provincia Larisse. Epischiepsis Platamonos. Provincia Tracis, et Macedoniae, et quae in ea sunt fischalos, et persobales Epischiepsis videtur Epischiepsis Chirovachu Silistra. Epischiepsis Zorlu, es Theodompoleos. Provincia Chironusi. Provincia Meandri. Provincia Philadelphiae Seleucia. Provincia Nicodemiae. Epischiepsis pilarum, et Pithion. Provincia Opsichiu, et Egeu cum Epischiepsi Lopadiu, et Appoloniadae. Provincia Acheran. Provincia Athormyti. Provincia Milasis, et Melachmundi. Provincia Neocastron. Provincia Achaliae, Antiochiae Laudiciae et usque ipsam Antiochiam et simpliciter in omni tenimento, quod sub nostro Imperio, sive secus litus aut infra terram.

In omnibus enim talibus regionibus imperii mei et Romaniae, vel fiscales sint aut ecclesiasticae vel subiectae secretis sacrarum domorum, aut intimis ipsis cognatis imperii mei per omnia felicissimis sevastocratoribus ac Caesareis, et ipsis dilectis filiabus imperii mei, nec non et ipsi meae dilectissimae Augustae, sine impedimento erant (*l. erunt*) mercatores, et in ipsa etiam urbium regina nullam molestiam absque aliquo sustinentes, nec etiam ex toto usque unum obolnm per (*l. pro*) commercio, vel passagio, vel somariatico, vel scalatico, vel pormatico (*l. portuatico*), vel pro alio aliquo capitulo requisiti; eandem etiam libertatem habebunt et ab eis conductam [*l. conducta*] somaria et plaustra, et nec ab his aliquid ab aliquo requireretur [*l. requiretur*]. Imo quiete et sine aliqua datione omnes regiones imperii mei transibunt, et nec, quae ab eis conducentur somaria vel plaustra, vel quae eis servierint agogiatae, requireretur aliquid, nec quod eis aliquam speciem vendiderint vel ab eis emerint, exigetur commercium pro illa tali specie vel pratichum [*l. practicum*], quod debet accipere fischus vel pastor [*l. pruetor s. practor*] illius regionis, in qua fit mercatio, nisi Veneticis hoc venderetur, sed hominibus commercium dare debentibus. Placet enim imperio meo, nul-

lum eorum, qui sub potestate imperii Romanorum et cum Veneticis mercantur in omnibus regionibus imperii mei, sive cum eis vendiderit aut adeo in aliquo aliquid emerit, dare quidquam pro commercio, vel pro aliqua alia exactione; sed eos esse liberos, tanquam et ipsi, qui commercium dare debentibus mercantur. Si quis vero ausus fuerit in aliquo eos inquietare, vel aliquid de illis auferre, quae [quod] magna ira imperii mei erit infestandus, et quod auferetur in quadruplum redditurus. Et haec quidem de libertate fidelissimorum imperio meo Veneticorum, quam in omni tenimento imperii mei habebunt. Insuper quoniam quidem iam dicti prudentissimi legati Venetorum, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, intulere imperio meo, quia ex non scripto usque et nunc causis indoctis ab aliquo Graecorum et aliquorum Veneticorum a legato Venetiae pro tempore in magna urbe existente indicatis et solutis interdum quidam Graecorum quibusdam civilium iudicum vel in palatio imperii mei custodientium accedentes ad tractationes gravissimas fidelissimus imperio meo Veneticis super inductionem, et in carcerem retrahi eos faciunt, et omnibus aliis dedecoribus subiici, deprecati sunt igitur imperium meum, ut et tale capitulum per praesens chrysobullum verbum imperii mei solvatur, et concedatur eis, qui Grecio (l. *Graeci*) quidem circa Veneticum agente (l. *agentes*) in causa peculiari, a legato Venetiae, qui in magna urbe iudicium fieri debeat, Venetico (l. *Venetici*) vero circa Graecum similiter agentes, si quidem qui tunc fuerit cancellarius viae in magna urbe, iverit apud eum causa moveri et iudicari debeat. Si vero forte ipse in magna urbe non fuerit, apud tunc magni logaristum (l. *logariastem*) causae iudicentur. Graviter quidem imperium meum talem eorum accepit petitionem, et ex toto ad eius complementum annuere nolebat. Sed quoniam multa instantia praedecarati legati ad imperium meum fecere, et ne talis eorum deprecatio non exaudiretur, magnis precibus supplicaverunt, ut hoc solo capitulo separare Venetiam a Romania volente: imperium meum puram fidem et bonam

circa Romaniam Venetiae voluntati [l. *voluntatem*] non ignorans; insuper et praedecratorum prudentissimorum Venetiae legatorum, Petri Michaelis et Octaviani Querini [l. *Quirini*], magna instantia ac supplicatione inflexum praecepit per praesens chrysobolum [l. *chrysobullum*] verbum, quod Graecio [l. *Graeco*] quidem circa Veneticum in pecuniaria causa agente, legatus, qui per tempora in magna urbe erit, tale indicium perscrutetur, et scriptor quidem demonstrato a Graeco tabulario composito, certificato etiam ab aliquo iudicum veli et epitiotoni [l. *epitimi*] vel symiomete [l. *semiomete*] alicuius praedictorum iudicum, aut etiam ab aliquo pontificum, vel ab aliquo tabulario vel iudice, quidquid apud Veneticos dignum fide habeatur, secundum huiusmodi scripti comprehensionem decisionem causae superinduci. Sic etiam, quod per quaecumque tempus a nobilissimo et imperio meo fidelissimo protosebaste et Duce Venetiae ad magnam urbem mittetur legatus, et qui sub eo iudices, statim praeter in magnam urbem eorum introitum ostendi debeant eis [l. *ei*], qui tunc erit viae cancellarius, aut si ipse tunc cancellarius in Constantinopoli non fuerit, ei, qui tunc erit magnus Logarista [l. *Logariasta*], et ab eo debent mitti ad ecclesiam Veneticorum per magnum Interpretem, vel si ipse non fuerit, per aliquem curiae aliorum interpretum, et per unum eorum, qui cancellariae scriptis deserviunt, aut per unum decreticorum magni Logariasti [l. *Logariastae*], si talis grammaticus tunc praesens non fuerit, et in medio ipsius Veneticorum ecclesiae in audientia totius plenitudinis Veneticorum tunc in Constantinopoli existentium debeant iurare, quod recte et iuste et sine susceptione [l. *susceptione*] personarum vel alicuius doni dati vel promissi iudicia, quae inter Graecos actores et Veneticos eos facient, nec alicui [l. *aliquid*] adiutorium Veneticis tribuent, sed aequali lance utriusque causam tam Graeci, quam et Venetici discernent et iudicabunt.

Venetico eo donante [dele *donante*] debente Graeco actori calumniae

sacramentum, ipso Venetico solo iurare debente, decisionis causae sacramentum Veneticus Graeco possit referre, si vult, prout de hoc prudentissimi legati Veneticorum meum deprecati sunt imperium. Et haec quidem, Graeco circa Veneticum agentem [l. *agente*]. Si vero Veneticus circa Graecum egerit, apud tunc Cancellarium viae, vel eo a magna urbe absente apud magnum Logaristum [l. *Logariastan*] querelam debet proponere, et scripto quidem fide digno existente actori Venetico, quod a Graeco Tabulario ac Iudice Veli et Epi-tiotomi (l. *Epitimi*), aut a Pontifice vel Venetico Tabulario vel Iudice sit compositum, secundum haec utique causa decidetur; scripto vero actori non existente, secundum ipsum ius; et actor Veneticus iudicabitur, et damnabitur quidem, et ea ab eo Graeco calumniae sacramentum; iurabitur autem et ab ipso Graeco ipsum decisionis causae sacramentum, ita quidem, quod Veneticus referre possit e contra. Et secundum praesentem formam praesentis scripti huius chrysobulli imperii mei ex (l. *et*) nunc et deinceps iudicia pecuniaria inter Veneticos et Graecos decidentur. Praeterea quidem, si de seditione vel repugnatione inter Graecum et Veneticum existente moveatur causa, magna quidem existente seditione, et ad multitudinem deventa, et ad homicidium forte proveniente aut magnas plagas, tunc Cancellarius viae, vel eo a magna urbe absente, tunc praesens in palatio Wlachoriorg. (l. *Blachernarum*) primicerii et stratiotarum huiusmodi praeservabitur causam, et ut ab eo cognoscetur, solvet et ulciscatur; parva vero, et ad unum vel duos deducta, si quidem vulneratus plagam mediocrem sustinens aut iniuriam Veneticus fuerit, apud tunc Cancellarium viae, vel eo a magna urbe absente, apud tunc magnum Logariastan querelam proponat, et secundum leges vindictam habebit. Si vero Graecus fuerit idiota quidem, et non ex senatus consulto aut de clarioribus hominibus curiae imperii mei consistens, apud legatum Veneticorum et sub eo iudices de iniuria et dedecore movebit causam et ab istis suscipiet vindictam. Diligenter

enim imperium meum confidit, quod super huiusmodi capitulis sacramenta pro iustitia intervenientia Venetici, quibus iudicium est commissum, non despicient, imo et similiter in huiusmodi causis iustitiam custodient, quemadmodum et in pecuniariis; et non tantum honorem vel dedecus, sive proficuum vel damnum Veneticorum curabit, quantum eorum sacramenta, quae ab iis pro iustitia fient, in omnibus bene custodire et observare, ne aut longa sequatur mora in iudiciis inter Graecos et Veneticos futuris, nec libelli dies nec interdictorum usque in XX. vel XXX., prout communiter secundum leges tenetur, continuari, meo placet imperio; sed secundum novam constitutionem sempiternae memoriae imperatoris et dilecti patris imperii mei, domini Manuelis Comnani (l. *Comneni*), factam de iudiciis, quae inter extraneos et indigenas personas cives conversantur. Insuper et aliam petitionem saepius declarati prudentissimi legati ad meum fecere imperium iustissimam et meo acceptabilem imperio. Petiere enim, ut Venetico in aliqua regione imperii mei moriente nullam praetori terrae ad bona defuncti Venetici fieri (adde *liceat*) accessionem, imo secundum placitum Venetici defuncti eius dispensentur res vel ab eius fideicommissariis, si testamentarie contigit eum obiisse, vel ab iis, qui reperientur tunc ibi, Veneticis. Annuit igitur imperium meum et tali eorum petitioni, et per praesens scriptum auro signatum chrysobullum verbum iubet: nulli in tota Romania aliquod dominium exercenti, sive praetor provinciae sit, sive villicus personaliter vel monasterii, aut ipsorum intimorum cognatorum imperii mei, et ipsorum etiam felicissimorum Sebastocratorum et Caesarum, vel dilectorum liberorum imperii mei, aut ipsius dilectissimae Augustae, licet nullo modo in Veneticorum defunctorum res manus immittere, et aliquid ex eis usque ad unum obolum accipere; sed intacta omnino custodire tam a manu Dimosii, quam a manu personarum et monasteriorum potestate defuncti vel procuratorum eius, sive ab intestato haeredum custodita.

Scire autem oportet: ille qui ausus fuerit circa praesens praeceptum imperii mei facere, quod in quadruplum reddet oblatum, et per competentem punietur correptionem, tunc viae Logotheta existente seu magno Logariasta talis capituli vindictae superinvigilare debente, et secundum praesens praeceptum imperii mei vindictam facere. Omnia igitur, quae per praesentis chrysobulli verbi ab imperio meo corroborata, ex gratia donata Genti Veneticorum imperio meo fidelissimorum, incorrupta et immutata custodita erunt, quousque et Venetici ad imperium meum et Romaniam fidem secundum ea, quae ab eis pacta et iurata sunt, et insuper ordinato scripto legatorum prudentissimorum declarata, immutata et incorrupta custodierint. Ad haec enim et praesens chrysobullum verbum imperii mei fidelissimis imperio meo traditum est Veneticis, firmum et inviolatum habere debens.

Factum mense Novembris praesentis secundae indictionis sesmillesimi (l. *sexmillesimi*) septingentesimi septimi anni in quo et nostrum pium et a Deo promotum imperium subsignavit.

Alexius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Connanus (l. *Comnenus*).“

Habes, lector benevole, privilegium Veneto-Graecum e Marino fideliter repetitum, et aliquoties emendatum. Sequitur a nobis multoties emendata et illustrata pars geographica, cui addidimus interpretationem Graecam, et quidem nostram, a latere positam. Eam fecimus in adjumentum textus Latini, qui tantum non Graece sonat. Adeo omnia sunt formis Graecis permixta; id quod maxime valet de descriptione nominum geographicorum eorum-

que casibus. Byzantinus imperator libellum s. privilegium, Graeco sermone scriptum suoque nomine et chrysobullis munitum, Venetis tradidisse putandus est; hi vero interpretatione Latina carere non poterant, cuius partem geographicam homo quidam Graecus, puto, utriusque linguae peritus, revera Graeco-Latinam fecit, non Latinam. Latina nos Latinitati reddidimus; Graecis nostris lector, cuius commodo consultum volebamus, fruetur indulgenter.

Pacti Veneto-Graeci pars geographica a nobis emendata.

Provincia¹⁾ Dyrrhachii²⁾ cum Τὸ Θέμα Δυρράχλου σὺν τοῖς ἐν
illis, quae in ea sunt, personarum αὐτῶ ἀκινήτοις τῶν τε προσώπων
et ecclesiarum immobilibus existen- καὶ τῶν ἐκκλησιῶν. Τὸ Θέμα
tibus. Provincia Joanninorum.³⁾ Ἰωαννίνων. Τὸ Θέμα Δρυνουπό-
Provincia Drynopolis.⁴⁾ Σίμιλι- λεως, ὁμοίως καὶ τὸ Θέμα Δεαβό-

¹⁾ *Provincia Dirrachii cum illa quae in ea sunt personarum, et Ecclesiarum immobilibus, verso la Chimaera Provincia Jerichoret Canirion cum omnibus in ea immobilibus existentibus alla Vallona. Provincia Joanninon* M (i. e. apographum Marinianum). Ista (verso .. Vallona) Italus, s. Marinus s. alius, ex suis addidisse putandus est. Iam pro *Chimaera* ex usu medii aevi lege *Chimara* (veterum Chimerium, coll. Thessalonica p. 482), et pro insano *Jerichoret* scribe *Jericho et*, pro *Canirion* autem *Caninum* (per Graecismum, i. e. *Κανίνων*, gen. plur.), coll. iis, quae deinceps ad vocem *Joannina* exponemus. Postremo *Vallona* est *Aulon*, quam formam non deseruere medii aevi scriptores, deinceps citandi. Totum vero locum, quem in aliis quoque partibus male scripsit M., reddidimus duce G (i. e. apographo Grigoroviciano).

²⁾ *Dirrachii* M.

³⁾ *Joanninon* M., *Joanninorum* G.

⁴⁾ *Drinopoleos* M.; *Drynupoleos* G.

ter ⁵⁾ Provincia ⁶⁾ Deabolis. ⁷⁾ λεως. Τὸ Θέμα Κολωνείας. Τὸ
 Provincia Coloniae. Provincia Θέμα Ἀχρίδος. Τὸ Θέμα Πρέσπης.
 Achridis. ⁸⁾ Provincia Prespae. ⁹⁾ Τὸ Θέμα Καστοριάς. Τὸ Θέμα Σε-
 Provincia Castoriae. ¹⁰⁾ Provin- βίων. Τὸ Θέμα Τριαδίτζης καὶ
 cia Serviorum. ¹¹⁾ Provincia Tria- Βελεσβονδίου. Τὸ Θέμα Ναῖσσου
 ditzae ¹²⁾ et ¹³⁾ Beleshudii. ¹⁴⁾ καὶ Βρανιτζόβης. Τὸ Θέμα Σκο-
 Provincia Naïssi ¹⁵⁾ et Branitzo- πίων σὺν τῇ ἐπισκέψει Κορίτων. Τὸ
 bae. ¹⁶⁾ Provincia Scopiae, cum Θέμα Ζαγορίων. Τὸ Θέμα Μαλε-
 episcepsi Coritorum. ¹⁷⁾ Provin- σόβου καὶ Μοραβισδου. Τὸ Θέμα
 cia Zagoriorum. ¹⁸⁾ Provincia Στρονιμίτζης. Τὸ Θέμα Πριλάπου,
 Malesobi ¹⁹⁾ et Morabisdi. ²⁰⁾ Pro- καὶ Πελαγονίας καὶ Μολύσκου,
 vincia Strumitzae. ²¹⁾ Provincia
 Prilapi ²²⁾ et Pelagoniae ²³⁾ ac

⁵⁾ Similiter omittit M.

⁶⁾ Post *provincia* lacunae signum habet M.; explevit G.

⁷⁾ *Dyavoleos* G., semper utens litera *v* pro *b*, quod semel notasse suffi-
 ciet. Nos ei literam *b* in plerisque reddidimus.

⁸⁾ *Acrides* M.; *Achrydos* G.

⁹⁾ *Prespe* M.

¹⁰⁾ *Castoreae* M.

¹¹⁾ *Servion* M. G.

¹²⁾ *Triadicæ* M. G.

¹³⁾ Post *et* lacunam habet M. Explevit G.

¹⁴⁾ *Belebusdu* G.

¹⁵⁾ *Nisi* G. Omittit M.

¹⁶⁾ *Umnisone* M.

¹⁷⁾ *Corilon* M. G.

¹⁸⁾ *Sangarion* M.; *Sagorion* G.

¹⁹⁾ *Malesomi* M.; *Malesobu* G.

²⁰⁾ *Morosischii* M.; *Morobisdu* G.

²¹⁾ *Strumicæ* M. G.

²²⁾ Post *Prilapi* lacunam habet M. Explevit G.

²³⁾ *Pellagoniae* M.

Molysci²⁴⁾, nec non Moglenorum²⁵⁾. Provincia Berrhoeae²⁶⁾ cum catepanicio²⁷⁾ Citri²⁸⁾. Provincia Boleri²⁹⁾, Strymonis et Thessalonicae.³⁰⁾ Provincia Nicopolis³¹⁾ cum episcepsibus³²⁾ in ea existentibus personalibus, ecclesiasticis et monasterialibus, et cum ipsis episcepsibus³³⁾ subjacentibus intimis consanguineis Imperii mei, semper fidelissimis Sebastocratoribus Caesaribus³⁴⁾, et dilectis Imperii mei filiabus, ac desideratissimae ipsi meae Angustae. Insula Corphu³⁵⁾, Cephalenia³⁶⁾, Zacynthus³⁷⁾, Leucas, Ithaca³⁸⁾.

ἤτοι καὶ Μογλένων. Τὸ θέμα Βερροίας σὺν τῷ κατεπανικίῳ τοῦ Κίτρου. Τὸ θέμα Βολεροῦ, Στρυμόνος καὶ Θεσσαλονίκης. Τὸ θέμα Νικοπόλεως σὺν ταῖς ἐν αὐτῷ ἐπισκέψεσι τῶν τε προσώπων καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μοναστηρίων, καὶ σὺν ταῖς ἐπισκέψεσι ταῖς προσηκούσαις πρὸς τοὺς μάλιστα συγγενεῖς τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν, τοὺς αἰὲν πιστοτάτους σεβαστοκράτορας Καίσαρας καὶ ἀγαπητάς τῆς βασιλείας ἡμῶν θυγατέρας, καὶ τὴν ποθεινοτάτην ἡμῶν αὐτὴν Σεβαστὴν. Ἡνῆσος Κορυφῶ. Κεφαλήνια. Ζάκυνθος. Λευκάς. Ἰθάκη.

²⁴⁾ *Moliscum* M.; *Molyscu* G.

²⁵⁾ *Mogrens* M.; *Mogrenon* G.

²⁶⁾ *Verias* M.; *Verryas* G.

²⁷⁾ *catepanichio* M.; *catepanikio* G.

²⁸⁾ *Cetri* M. G.

²⁹⁾ *Valeri* M.; *Voleri* G.

³⁰⁾ *Strimonosero Tessalonichis* M.; *Strymonos et Thessalonidis* G.

³¹⁾ *Nicopolon* M. G.

³²⁾ *episcopatibus* M.; *episkepsibus* G.

³³⁾ *epischielibus* M.; *episkepsibus* G.

³⁴⁾ *Caesareis* M.; *Caesaribus* G.

³⁵⁾ *Corypsi* M.; *Coryphi* G.

³⁶⁾ *Cephalini* M.; *Kephalini* G.

³⁷⁾ *Zacinthos* M.; *Zakintos* G.

³⁸⁾ *Ithaci* M.; *Ithaki* G.

Horium Patrarum et Methonae³⁹⁾. Ὅριον Πατρῶν καὶ Μεθώνης. Horium Corinthi, Argus et Nauplii⁴⁰⁾. Ὅριον Κορίνθου, Ἄργους καὶ Ναυπλίου. Horium Thebarum et Euripi⁴¹⁾, cum insulis Andro et Carysto⁴²⁾, Ceo, Melo⁴³⁾ et ceteris insulis, quae sub Andro⁴⁴⁾ τῇ Ἀνδρῶν καὶ Καρύστου. Δωδεσὺν καὶ Καρύστου. Δωδεκανήσος. Μιτυλήνη, Χίος, Σάμος, Mitylene⁴⁵⁾, Chius⁴⁶⁾, Samus, Ῥόδος, Κῶς, Στρώβιλος, Κρήτη, Rhodus⁴⁷⁾, Cos, Strobilus⁴⁸⁾, Κύπρος. Ὅριον Ἀθηνῶν. Τὸ θέμα Creta⁴⁹⁾, Cyprus. Horium⁵⁰⁾ Athenarum⁵¹⁾. Provincia Belege-

³⁹⁾ *Orium in confinium. Patron, et Methonis M.; Orion Patron et Methonis G.*, quod recepinus. V. nos in expl.

⁴⁰⁾ *Horium Corinthi, Argus et Nauplii* solus habet M., qui locum sic scribit: *Orion, Corinthi, Arighus et Nauplii*.

⁴¹⁾ *Orion Thebarum. Euripo cum insulis* cett. M.: *Orion Thebarum et Eurypu.* O (G. suadet *orion*) *insulae* cett. G. Sequimur M., leviter emendantes.

⁴²⁾ *Caristo M.; Carysto* ut mox G.

⁴³⁾ *Ceo* (keo), *Milo* M. G.

⁴⁴⁾ *Antro* G.; *Andro* M.

⁴⁵⁾ *Dodecanesos. Mithilene* M.; *Dodecanisos Mytilinin* G.

⁴⁶⁾ *Chyos* G.

⁴⁷⁾ Haec (*Rhodus — Cyprus*) post *Tricala* habet M., sic scribens: *Chodos. Coos. Strobicolas, Criti. Cypron.* Sequimur ordinem Grigorovicii, non Marini, qui in reliquis quoque ordinem plus semel turbat.

⁴⁸⁾ *Strobicolas* M.; *Strobylus* G.

⁴⁹⁾ *Criti* M.; *Kritu* G.

⁵⁰⁾ *Orium* M. G.

⁵¹⁾ *Athenaram* M.

zitiae⁵²⁾. Provincia Blachiae⁵³⁾. *Βελεγεζητίας. Τὸ θέμα Βλαχίας.*
*Episcepsis*⁵⁴⁾ *Demetriadis*⁵⁵⁾. *Ἡ ἐπίσκεψις Δημητριάδος. Αἱ δύο*
*Duo Almyri*⁵⁶⁾. *Episcepsis*⁵⁷⁾ *Greb-*
*enicorum et*⁵⁸⁾ *Pharsalorum*⁵⁹⁾. *καὶ Φαρσάλων. Ἡ ἐπίσκεψις Δομόκου*
*Episcepsis Thaumaci*⁶⁰⁾ *et Be-*
*senae*⁶¹⁾. *Cartularata*⁶²⁾ *Ezerus,*
*Dragobistium*⁶³⁾ *et quae sunt sub*
ipsa villae. Tricala. Provincia
Larissae. Episcepsis Platamo-
*nis*⁶⁴⁾. *Provincia Thraciae*⁶⁵⁾ *et*
Macedoniae, et quae in ea sunt
*fiscales*⁶⁶⁾ *et personales episcep-*
*ses, videlicet*⁶⁷⁾ *episcepsis Choe-*

⁵²⁾ *Valesbatiuae* M.; *Belecbatuie* G. *Belegezitiae* malim; *Belechatuia* Schafarikius coni.

⁵³⁾ *Wlachiae* M.; *Blachiae* G.

⁵⁴⁾ Haec (*Episcepsis Demetriadis* . . *Tricala*) post *Samos* habet M. Sequimur ordinem Grigorovicii, omissa jam plerumque *Marinianarum* turbarum mentione.

⁵⁵⁾ *Dimitrias* M.; *Dimitriados* G.

⁵⁶⁾ *Alnini* M.; *Almyri* G.

⁵⁷⁾ *Epischiepsis* tum paulo antea, tum hic et in seq. M., *episkepsis* semper G.

⁵⁸⁾ *Erevenicon* M., *Crebenicon* G.

⁵⁹⁾ *Fersalon* M. G.

⁶⁰⁾ *Domocu* (Domoku) M. G.

⁶¹⁾ *Veseris* M.; *Vesenis* (*Bsenis*) G.

⁶²⁾ *Charthularata* M., dein puncti signum figens.

⁶³⁾ *Dobronviusta* M.; *Dobrochuuysta* G. Vide nos in expl.

⁶⁴⁾ *Platamonos* G. Utrumque (*Larissam* et *Platamonem*) inferius M. habet, alio plane maloque ordine. Sic et alibi in seq. hallucinatur. Meliorem Grigorovicii ordinem in omnibus sequitur.

⁶⁵⁾ *Thracis* (*Thrakis*) M. G.

⁶⁶⁾ *fischalos, et persobales Epischiepsis* M.; *fiscales et personales episkepsis* G.

⁶⁷⁾ *videtur* M.; *videlicet* G.

robacchorum ⁶⁸⁾, Selivriae ⁶⁹⁾; βάκχων καὶ Σηλυβρίας. Ἡ ἐπίσκεψις Zuruli et Theodoropolis ⁷⁰⁾; episcepsis Mesenae, Arcadiopolis et Bulgarophygi ⁷¹⁾. Provincia Chersonesi ⁷²⁾. Provincia Adrianopolis, Didymotichi ⁷³⁾. Θέμα Ἀδριανουπόλεως καὶ Διδυμοτείχου. Τὸ θέμα Βραγχιαλίου. Provincia Philippopolis, Berrhoeae, Morrahae et Achridis ⁷⁴⁾. Τὸ θέμα Φιλιππουπόλεως, Βερόδοις, Μόρρας καὶ Ἀχραιοῦς. Τὸ θέμα Mesothymiae. Episcepsis Damatryis ⁷⁵⁾. Τὸ θέμα Μεσοθυνίας. Provincia Nicomediae ⁷⁶⁾. Ἡ ἐπίσκεψις Δαματρίους. Τὸ θέμα Νικομηδείας. Episcepsis Pylarum et Pythiorum ⁷⁷⁾. Ἡ ἐπίσκεψις Πυλῶν καὶ Πυθίων. Provincia Obsicii et Aegaei, cum episcepsi Lopadii et Apolloniadis ⁷⁸⁾. Τὸ θέμα Ὀψικίου καὶ Αἰγαίου, σὺν τῇ ἐπισκέψει Λοπαδίου καὶ Ἀπολλωνιάδος. Provincia Achyrarai ⁷⁹⁾. Τὸ θέμα Ἀχρυράους. Τὸ θέμα Atramyttii ⁸⁰⁾. Θέμα Ἀτραμυττίου. Τὸ θέμα Μυ-

⁶⁸⁾ Chironachu M.; Cherouachu G.

⁶⁹⁾ Silistra M.; Siluria G. Vide nos in expl.

⁷⁰⁾ Zorlu, et Theodompoleos M.; Çurlu et Theodorupoleos G.

⁷¹⁾ Mersinis Arhadiupoleos, et Ulgaro Philigi M.; Messinis, Arcadiupoleos et Bulgarophygi G.

⁷²⁾ Chironusi M.; Cheronisi G.

⁷³⁾ Adrianupoleos, et didimolichi M.; Adryanupoleos, Didymotichi G.

⁷⁴⁾ Anchiali M.; Anchiali G. Vide nos in expl.

⁷⁵⁾ Verois, Moras, et Arcydu M.; Verois, choras et Achrydu G.

⁷⁶⁾ Missoiniae . . Damutritos M.; Mesothymiae . . Damatos G.

⁷⁷⁾ Nicodemiae M.; Nicomediae G.

⁷⁸⁾ pilarum, et Pithion M.; pilar (pilaron G. coniicit) et pythion G. Vide nos in expl.

⁷⁹⁾ Opsichiu, et Egeu cum . . Lopadiu, et Appoloniadae M.; Opsikiu et Egeu cum . . Lopadu et Apolloniadae G.

⁸⁰⁾ Acherau M. G.

⁸¹⁾ Athormyti M.; Athnyli G., addens: sic.

Provincia Mylassi et Melanndii⁸²⁾. λάσσου καὶ Μελανουδίου. Τὸ θέ-
 Provincia Maeandri.⁸³⁾ Provin- μα Μαιάνδρου. Τὸ θέμα Νεο-
 cia Neocastrorum.⁸⁴⁾ Provincia κάστρον. Τὸ θέμα Φιλαδελφείας. Τὸ
 Philadelphiae. Provincia Atta- θέμα Ἀτταλείας, Σελευκείας, Ἀν-
 liae,⁸⁵⁾ Seleuciaie,⁸⁶⁾ Antiochiaie, τιοχείας, Λαοδικείας καὶ ἕως πρὸς
 Laodiceae, et usque ad ipsam αὐτὴν τὴν Ἀντιόχειαν.
 Antiochiam.⁸⁷⁾

⁸²⁾ *Milasis, et Melachmundi* M.; *Mylassis et Melanodu* G.

⁸³⁾ *Meandri* M. G.

⁸⁴⁾ *Neocastron* M. G.

⁸⁵⁾ *Achaliae* M.; *Aeoliae* G. Vide nos in expl.

⁸⁶⁾ *Seluciaie* M.; *Seleuciaie* G.

⁸⁷⁾ *Laudiciae* M.; *Laudikiae* G.

Explicatio.

Argumentum.

1. 2. Dyrrhachium. 3. Joannina. Canina. 4. Drynopolis. 5. Deabolis.
 6. Colonia. 7. Achris. 8. Prespa. 9. Castoria. Servia. 10. Triaditza. 11.
 - Belesbudium. 12. Naïssus. 13. Branitzoba. 14. Scopia. 15. Ἐπίσκοπος.
 - Ὀρίον. 16. Corita. Zagoria. 17. Malesobus. 18. Morabisdus. 19. Strumitza.
 20. Prilapus. 21. Pelagonia. 22. Molyscus. 23. Moglena. 24. Berrhoea. 25.
 - Bolerus. Themata Strymonium et Thessalonicense. 26. Nicopolis. 27. Alexii III
 - familia. 28. Corcyra. 29. Ithaca. 30. Argos. 31. Nauplium. 32. Patrae.
 - Methone. 33. Thebae. 34. Euripus. 35. Carystus. 36. Dodecanesus. 37.
 - Carpathus. Ceos. Cos. Andros. Strobilus. Melus. 38. Athenae. 39. Belegezitia.
 40. Blachia. 41. Duo Halmyri. 42. Demetrias. Beséne. 43. Grebenicum.
 44. Pharsalus. 45. Thaumacus. 46. Ezerus. 47. Radobistium. 48. Tricca.
 49. Larissa. 50. Platamo. 51. Thracia et Macedonia. 52. Chörobacchi. 53.
 - Selybria. 54. Tzurulum. 55. Theodoropolis. 56. Mesene. 57. Arcadiopolis.
 58. Bulgarophygum. 59. Chersonesus. Adrianopolis. 60. Didymotichus. 61.
 - Branchialium. 62. Philippopolis. Berrhoea. 63. Morrha. 64. Achris. 65. Me-
 - sothynia. 66. Damatrys. 67. Nicomedia. 68. Pylae. Pythia. 69. Obsicium.
 70. Mare Aegaeum. 71. Lopadium. 72. Apollonias. 73. Achyraus. 74. Adra-
 - myttium. 75. Mylassus. 76. Melanudium. 77. Provincia Maeandri. 78. Neo-
 - castra. 79. Philadelphia. 80. Attalia. 81. Seleucia. 82. Antiochia Maeandri.
 83. Laodicea.
-

1. 2.

Dyrrhachium.

Miraberis, quod chrysobullum imperatorium Pontum Euxinum excludit, excepta Anchialo, urbe illius maris litorali, quam in fine hujus libelli habemus. Verum lectio ibi suspecta est, coll. explicatione. Et revera exclusio placebat in gratiam Genuensium et Pisanorum, Venetae reipublicae nunquam non rivalium, in Ponto autem Euxino fere dominantium.

Dyrrhachium cum provincia seculari et ecclesiastica uberius illustravi in Via Egnatia Comment. I. p. 17—22.

3.

Joannina.

Erat, cum pro *Joanninorum* mallet *Caninorum**) suadente libra-

*) Illustrabo in transcurso urbem Epiri maritimam Canina (Κάνινα, τά), a doctis, ut tot alia, neglectam. Eam inter Adriae oram quaere et Drynopolin (Adrianopolin), Anna Comnena libro XIII (ed. Paris. p. 389): ὁ Αὐλῶν, ἡ Ἰε-ριχῶ (Oricum) καὶ τὰ Κάνινα. Eadem ibidem p. 392: Πρὸς Ἰεριχῶ καὶ τὰ Κάνινα. Georgius Pachymeres in Michaele Paläologo 2, 11 (Ed. Bonn. T. I. p. 106): τὸ περὶ τὰ Κάνινα φερόμενον. Idem ibidem 6, 34 (p. 508 sq.): ἀπὸ τῶν Κανίνων . . ἐκχωρήσας αὐτῶ καὶ Κανίνων καὶ Κορυφῆς . . κατασχὼν τὰ Κάνινα . . τὸ τῶν Κανίνων φερόμενον . . μεταλαβόντες (Itali) τὰ Κάνινα . . ἐπὶ τὰ Βελλάγραδα (Arnaut-Bieligrad) ὤρων . . ποταμὸς Βοώσης (Voïussa) κατὰ μέσην (in media planitie) ἀπείργει τὰ Κάνινα. Ephraemius v. 9158: ἐν κασ-τελλίῳ Κανίνων. Cantacuzenus 2, 32 (Ed. Bonn. T. I. p. 495): οἱ περὶ Βαλά-γριτα (l. Βελλάγραδα) καὶ Κάνινα νεμόμενοι Ἀλβανοί . . Βαλάγριτα τε καὶ Κάνινα. Laonicus Chalcocondylas libro V. (Ed. Bonn. p. 425): Μύρξαν, τῶν Κανίνων ἡγεμόνα.

rio Mariniano. Obstat tamen Drynopolis (Adrianopolis Epiri), iuxta memorata intusque sita prope Joanninorum urbem. Jamque Leonis Sapientis index episcopalis nostram urbem habet in dioecesi Naupacti: δ' Ἰωαννίνων, δ' Ἀδριανουπόλεως. Diuque post Anna Comnena eam laudare videtur (T. I. ed. Bonn. pag. 236): καταλαμβάνει διὰ τῆς Βαγενητίας τὰ Ἰωάννινα . . . τὰ Ἰωάννινα. Sed Bagenetia multum distat ab Joanninis, et ipse tenor narrationis *Canina* suadet, non *Joannina*, quae hoc tantum Annae loco occurrit, non alio, cum *Canina* saepius habeat *Caesarissa*. Ceterum Joannina inde ab seculo Christi XIII sq. plus semel memorantur. Georgius Acropolita annal. cap. 82 (Ed. Bonn. p. 183): καταλιπόντος ἐν τοῖς Ἰωαννίνοις στρατεύμα. Adde eundem ibidem p. 184: ἀλλὰ καὶ τοὺς πολιορκοῦντας τὰ Ἰωάννινα μακρὰν τῶν Ἰωαννίνων πεποίηκεν. Cantacuzenus 2, 34 (Ed. Bonn. T. I. p. 509 sq.): . Τὸ Ἀργυρόκαστρον καὶ ἡ Πάργα καὶ ὁ ἅγιος Δονάτος καὶ Ἀγγελόκαστρον καὶ Ἰωάννινα ὃ τε Εὐλόχος καὶ τὸ Βάλτον. Laonicus Chalcocondylas lib. I. (Ed. Bonn. p. 28): . . ἐπὶ Αἰτωλίαν, καὶ Ἰωαννίων (l. Ἰωαννίνων) τὴν πόλιν εἶλε. Idem libro V. (p. 236): Ἰωάννινα, πόλιν τῆς Αἰτωλίας. Georg. Phrantza I, 31 (Ed. Bonn. p. 91): τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου μέρος καὶ Αἰτωλοῦς καὶ Ἀκαρνοῦς (l. Ἀκαρνανοῦς s. Ἀκαρνανίας) . . καὶ Ἰωάννινα. Ducas c. 29. (Ed. Bonn. p. 197.): Θεσσαλίας, Αἰτωλίας, Φθίας, Θηβῶν καὶ πέρα Ἰωαννίνων. Joannes Anagnosta de captione Thessalonicae cap. 18 (p. 518. editionis Phrantzae Bonnensis): Ἐπὶ τὰ τῶν Ἰωαννίνων μέρος.

4.

Drynopolis.

Drynopolis (Adrianopolis Epiri) episcopum seculi X modo vidimus. Fuit, puto, hodiernis Joanninis propinqua. Eam attigi in Via Egnatia

prolegg. p. XII. sq. A Graecis raro memorari video, scilicet intus sitam, non Adriae propinquam. Coloniam, Albanorum urbem, vicinam ei dicere videtur Cedrenus (Ed. Bonn. T. 2. p. 474): *Τὰ τῶν Ἀνρόβαχλου καὶ τῆς Κολωνέας καὶ Δουϊνουπόλεως*. Eam Edrisius Arabs non praetermittit (Constant. Porphyrogeneta nostrae edit. p. 30. 33), *Adernopolin* scribens.

5.

Deabolis.

Frequentius hanc urbem, modo *Deabolin* scriptam, modo *Diabolin*, apud scriptores Graecos Latinosqueprehendimus. Est initio fluvii Genusi (Scombi, Tobì) quaerenda, infra Prespam cum lacu, e meridie Lychnidi (Ocri, Achridis); unde iste fluvius medio aevo praeter alia *Diabolis* quoque scribitur. — Nec raro plurali numero ipsa urbs effertur, velut aliae ibi terrarum urbes, scilicet Achris, Colonia, Debra (Dibra), Nicopolis; ubi de urbe eiusdem nominis duplici (majore, minore, vetere, recentiore) cogitandum esse videtur. Hujus quoque nomen Bulgarorum nobis historia patefecit. Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus, in epistolis a Lamio editis (Ed. Ven. T. 3. p. 724): *καὶ Πρέπαν (l. Πρέσπαν) ἄμα καὶ Διάβολιν*. Cedrenus (Ed. Bonn. T. 2. p. 469): *ἐκ δὲ Πρέσπης ἄπεισιν* (Graecorum imperator, Bulgarorum victor) *εἰς τὴν λεγομένην Διάβολιν . . κατὰ τὴν εἰρημένην Διάβολιν*. Scylitza (ad calcem Cedreni Tom. 2. p. 716): *ὁ τῆς Διαβόλεως στρατηγός*. Anna Comnena 5, 1 (Ed. Bonn. T. I. p. 225): *Ὁ δὲ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος, ἐν Ἀχρίδι . . ἐαυτὸν ἀνακτησάμενος . . καταλαμβάνει Δεάβολιν*. Eadem libro XIII (p. 380 ed. Paris.): *τὴν τε Πετρούλαν ἐχειρώσατο καὶ τὸ λεγόμενον Μύλον πόλισμα, ὑπερκείμενον ποταμοῦ διαβόλεως (l. Διαβόλεως)*: Ibidem p. 386: *ὁ δὲ αὐτοκράτωρ . . τὴν Διάβολιν διὰ τῆς Πελαγονίας καταλαμβάνει*. Ge-

orgius Acropolita (annal. cap. 49. p. 98. ed. Bonn.): *Αἱ Δεαβόλεις* . . ἥ τε μικρὰ καὶ (adde ἡ) μεγάλη. Ibidem (cap. 80. p. 178): *Ἄστυ τὸ τῆς Δεαβόλως*. Ibidem: *ἐπὶ τὴν Δεαβόλιν*. Ephraemius v. 8091: *Πρόσπαν, Δεαβόλιν, Ἀχρίδα*. Id. v. 8697: *Καστορία σὺν Δεαβόλει*. Idem v. 8729: *Δεαβόλιν καὶ Καστορίαν*. Idem v. 9384 sq.: *Ἀχρίδος . . Δεαβόλιν*. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 2, 11 (Ed. Bonn. T. I, p. 106): *Διάβολιν τε καὶ Στερίδολα* (l. *Σταρίδολα*) καὶ *Ἀχρίδαν*. Nicephorus Gregoras 3, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 73): *Ἀχρίδαν τε καὶ Δεαβόλιν, φρούρια ταῦτα Μακεδονίας, πολλὴν παρασχόμενα τὴν ἀσφάλειαν, τοῖς χρωμένοις*. Cantacuzenus I, 55 (Ed. Bonn. T. I p. 279): *Οἱ τε τὰς Δεαβόλεις νεμόμενοι Ἀλβανοὶ νομάδες, καὶ οἱ τὰς Κολωνείας, ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀχρίδος ἐγγύς*. De Normannorum per angustias Deaboleos itinere, in Macedoniam meridionalem et occidentalem anno 1097 instituto, v. nos in Via Egnatia prolegg. p. XI sq., ubi a chronographis Francorum Genusus, fluvius Diaboleos, per lusum dicitur *diabolicus*. Postremo Deabolin alter quoque libellus habet secundum nostram loci lenissimam emendationem, quam vide. Nunc dicitur *Devol*.

6.

Colonia.

Coloniam urbem, Romanis puto debitam, inter Adrianopolin et Deabolin quaero. Georgius Cedrenus (Ed. Bonn. T. II. p. 474): *Τὰ τοῦ Δυρδραχίου καὶ τῆς Κολωνείας καὶ Δρυϊνουπόλεως* (l. *Δρυνουπόλεως*). Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 2, 11 (Ed. Bonn. T. I. p. 106): *Αἰρεῖ μὲν τὸ περὶ τὰ Κάνινα φρούριον . . καὶ τὸ περὶ τὰ Βελλάγραδα* (Arnaut — Bieligrad) καὶ *Πόλογον καὶ Κολωνείαν . . καὶ Καστορίαν καὶ Πελαγονίαν καὶ Δούρας* (l. *Δένρας* s. *Δέβρας*, i. e. Debras, s. Dibras, urbes ad Drinonem fluvium infra

Achridem), *Τριονικόν τε καὶ τὴν Πόλιν Βοδεϊνὰ* (l. *Βοδεϊνὰ*) *τε καὶ Στερίδολα* (l. *Σταρίδολα*) *καὶ Ἀχρίδαν*. His accedat Cantacuzenus I, 55, quem locum excitavi in Deaboli; is plurali numero urbem nostram effert, ut alias urbes. Fuit igitur altera major, altera minor; vel altera superior, altera inferior.

7.

Achris.

Duplicem Achridem historia Byzantina memorat, alteram in Rhodope, ut eius partem, quam posthac illustrabimus, Graecis nomine Ἀχρίδῳ; alteram in Dassaretia Illyrici, prope lacum Lychnitida, quam hoc ipso narrandi tenore iam nunc aggrediemur, lectores nostros ad ea revocantes, quae de ulteriori urbis antiquitate pridem publici iuris fecimus in Via Egnatia Comment. I. p. 28 sq. 43; item in Thessalonica p. 41 sq. Hanc novi nominis urbem, ut tot alias, vetus Bulgarorum historia nobis patefecit, et formis quidem variis, modo singulari utens, modo plurali. Cedrenus (Ed. Bonn. T. II. p. 468 sq.): *Ἀπεισιν*.. (imperator Graecus) *εἰς Ἀχρίδας*.. *Πόλις δὲ ἡ Ἀχρίς ἐπὶ λόφου κειμένη ὑψηλοῦ, ἐγγιστα λίμνης μεγίστης, ἐξ ἧς ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς ὁ Δοῖνος ποταμός, πρὸς ἄρκτον ἰών*. Ibidem: *Ἀρὰς δ' ἐξ Ἀχρίδος ἔρχεται εἰς τὴν λίμνην, τὴν λεγομένην Πρέσπαν*. Erat tum temporis Bulgarorum, meridionalium certe, vere metropolis, coll. Cedreno ibidem p. 462: *Πόλεως Ἀχρίδος, ἐν ἧ τὰ βασίλεια τῶν βασιλέων ἴδρουντο Βουλγαρίας*. Annae Comnenae verba supra vidimus. Georgius Acropolita cap. 14 (Ed. Bonn. p. 28 sq.): *Ἀχρίδα τε καὶ Πόλιν Βοδεϊνὰ, Ἀλβανόν τε*. Idem cap. 67: *Καστορίαν καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀχρίδα*. Cap. 68: *ἐκ τῶν Δεβρῶν ἀπάρας*.. *κατελήφα τὴν Ἀχρίδα*. Cap. 72: *τῆς Ἀχρίδος*. Ephraemius v. 7669. 8091. 8603. 9149. Georgius Pachymeres in Mich. Palaeologo, 3, 5. (Ed. Bonn. T. I

p. 73): περὶ Ἀχρίδαν τε καὶ Δεάβολιν. Adde eundem cap. 30: Παρὰ τοῦ Ἀχρίδων Ἰακώβου. 4, 32: τῷ (l. τῇ) Ἀχρίδων Κεραμέα. Idem in Andronico 4, 4: τοῦ Ἀχρίδων Μακαρίου. Cantacuz. I, 54. 55. II, 41. Laonicus libro I. (Ed. Bonn. p. 53): Καστορίας τε καὶ Οχρίδος τῆς ἐν Μακεδονίᾳ. Quae posterior nominis forma fere Bulgarica esse videtur. De ea Edrisius quoque Arabs videatur (Constantinus Porphyrog. nostrae edit. p. 31): *De là (Teberla, unde Francici editores male extundunt Debra, quae vix unius diei spatio ab Ocrida distat) à Okhrida 4 journées. Okhrida est une ville remarquable par le nombre de ses édifices et par l'importance de son commerce. Ella est bâtie sur une agréable éminence et non loin d'un lac considérable par sa circonférence, située vers le midi de la ville.*

8.

Prespa.

Prespa quoque, Turcice *Persepe*, e Bulgarorum historia primo Europaeis innotuit. Ergo Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus, epistola XIII (Opp. ed. Venet. T. 3. p. 691): Τῷ Μακρεμβολίτῃ (l. Μακρεμβολίτῃ), τῆς Πρέσπας ἄρχοντι. Idem ibidem: Κατὰ τὸν (l. τῇ) Πρέσπαν. Idem in epistolis a Lamio editis (Ed. cit. T. 3. p. 724): καὶ Πρέσπαν (l. Πρέσπαν) ἅμα καὶ Διάβολιν. Cedrenus vol. 2 p. 469. ed. Bonn.: Ἄρας δ' ἐξ Ἀχρίδος (Graecorum imperator) ἔρχεται εἰς τὴν λίμνην τὴν λεγομένην Πρέσπαν. . . ἐκ δὲ Πρέσπης ἀπεισιν εἰς τὴν λεγομένην Διάβολιν. Saepius dehinc inde a seculo XIII memoratur. Georgius Acropolita annal. cap. 68. (Ed. Bonn. p. 152): ἐκ τῶν Δεβρῶν ἀπάρας. . . Κατελληφα τὴν Ἀχρίδα διαβὰς τὴν Πρέσπαν καὶ τὸ Σιδηρόκαστρον, τῷ Ποιλάτῃ προσέσχον. Ibidem cap. 80 (p. 178): Πρέσπα, Πελαγονία, Σωσκός, Μολυσκός. Ephraemius v. 8091: Πρέσπαν, Δεάβολιν, Ἀχρίδα. Idem v. 8603: Ἀχρίδος καὶ Πρέσπης. Nicephorus

Gregoras 2, 8. (Ed. Bonn. T. I. p. 48): *Καστορία τε καὶ Πρέσπα*. Adjacet lacui cognomini, coll. Cedreno supra laudato. Ex hac regione fluvius Genusus (Scombi) initium capit, et secundum urbem Deabolin, quae paulo est inferior, fluvius quoque *Deaboleos* (*Devol*) dicitur. Postremo Prespam nec alter libellus ignorat, quem vide.

9.

Castoria. Servia.

Castoriam illustravi in Via Eguatia Comment. I, p. 43; Serviam in Thessalonica p. 41. 59 sq.

10.

Traiditza.

Triaditza est veterum *Sardica*. Leo Diaconus 10, 8 (p. 171 ed. Bonn.): . . *Σαρδικὴν* . . ἣν καὶ *Τριάλιτζαν* ἢ *Σκυθικὴ συνήθεια* *κέκληκεν*. Ubi cum Hasio legendum *Τριάδιτζαν*. Scylitza (ad calcem Cedreni Ed. Bonn. Vol. 2. p. 645): *εἰς Τριάδιτζαν*. Ipse Cedrenus (immo Scylitza) antiqua forma utitur Vol. 2 p. 36: *τῷ αὐτῷ χρόνῳ Κροῦμος* . . *τὴν Σαρδικὴν παρέλαβεν*. Glycas annal. libro IV (p. 465 ed. Bonn.): *Σαρδικὴ δὲ ἐστὶν ἡ νῦν λεγομένη Τριάδιτζα*. Nicetas in Isaacio Ang. 3, 4 (p. 568 ed. Bonn.): *Τριάδιτζαν*, ἣ ἐστὶν ἡ πάλαι λεγομένη *Σαρδική*. Eam saepius quoque Cinnamus habet, *Sardicae* forma, ut in aliis quoque geographicis puriori semper nomine utens (2, 13. 3, 6. 5, 1. 5. 14. 6, 4. 5. 11). Ephraemius in Caesarr. *Sardicam* scribit v. 2917. 3851. 4178. 4276; alibi (v. 5885. 6157) *Triaditzam*.

11.

Belesbudium.

Catalogus urbium, quae nomen mutarunt (Constantinus Porphyrog. nostrae editionis p. 21): *Βελεντιούπολις, τὸ Βελεσβούδιον*. Georgius Acropolita annal. cap. 44 (p. 84 ed. Bonn.): *Ἐκ δὲ τοῦ πρὸς βορρᾶν μέρους Στούμπιόν (Istip) τε καὶ Χοττοβός (Cossovo) . . καὶ χῶρος ὁ Βελεβουδίου (sic) . . Σκοπιὰ τε καὶ Βελεσός καὶ μέχρι Πριλάπου*. Ubi noto, Dousae editionem Acropolitae (ed. Bonn. p. 81) habere *Βελεβούσιον*. Ephraemius in Caesarr. v. 8511 sq.: *χώρας τε πάσης πρὸς Ῥοδόπην κειμένης, καὶ Βελέσβου Δίου γε (l. Βελεσβουδίου γε)*.

12.

Naïssus.

Naïssum (Naïsum, Nesum, Nisum, Nicam) non praetermittit bellorum Byzantinorum historia. Theophanes continuatus in Basilio Macedone (Ed. Bonn. p. 214): *Νίκην, τὴν κατὰ Μακεδονίαν πόλιν*. Cedrenus (immo Scylitza) T. 2. ed. Bonn. p. 717: *τὴν Νίσσον κατὰ λαβῶν . . τὴν πόλιν τῶν Σκοπίων . . ἐν τῇ Νήσῳ*. Idem p. 718: *ἐκ τοῦ Νίσσου . . πρὸς τὰ Σκόπια ἴεντο*. Idem Cedrenus ibid. p. 527: *Διὰ τε Ναῖσσου τε καὶ τῶν Σκουπίων [sic]*. Nicetas in Andronico I, 1. (Ed. Bonn. p. 359): *κατὰ τὸν Νίσσον καὶ τὴν Βρανίτσοβαν*. Idem in Manuele 4, 3 (p. 178): *Νίσσον . . Βρανίτσοβαν*. Idem in Isaac. Angelo 3, 4 (p. 569): *κατὰ τὸν Νίσσον*. Naïssi puriori forma semper utitur Cinnamus [p. 69. 104. 124. 126. 204. 212. 227.].

13.

Branitzoba.

Branitzobam saepius cum Naïssi et Bellegradae (Belgradi) historia iunctam legimus. Anna Comnena libro X (Ed. Paris. p. 279. 280): *τὴν μικρὰν Νικαίαν καὶ Βρανίτζοβα* v. Eadem libro XIV (Ed. Paris p. 449): *τὸ θέμα τοῦ Νήσου (Naïssi) καὶ τῆς παρώστρας Βουρανιζόβης (l. παριστορίας Βρανιζόβης)*. Cinnamus I, 4. (Ed. Bonn. p. 12): *Οὐννοι (Hungaro-Magyari) δὲ .. Βρανίτζοβάν τε .. εἶλον*. Cap. 5: *ἐν Βρανιζόβῃ*. 3, 11 (p. 117): *ἐν Βρανιζόβῃ γεγρονώς*. Cap. 16: *Ναῖσοῦ τε καὶ Βρανιζόβης . . δοῦκα*. Cap. 19 (p. 231): *τὴν Βρανιζόβης πολιορκίαν . . Βρανιζοβῖται*. Nicetas in Joanne Comneno cap. 5 (Ed. Bonn. p. 24): *Οἱ Οὐννοι Βρανίτζοβαν ἐξεπόρθησαν . . τοὺς οἰκήτορας Βρανιζόβης*. Idem in Manuele Comneno 3, 1 (p. 133): *Ἦν πολιορκῶν (Hungarus) Βρανίτζοβαν*. P. 134: *Βρανίτζοβαν καὶ Βελέγραδα* 4, 1 (p. 166): *Βρανίτζοβαν καὶ Βελέγραδα*. Idem in Alexio, Manuelis filio, cap. 17 (p. 347): *Βρανίτζοβαν καὶ Βελέγραδα*. Ephraemius in Caesarr. v. 4189: *Βρανιζόβης θέματος καὶ Βελλεγράδων*. Ibidem v. 4195: *Βρανιζόβης ξύμπαντα καὶ Βελλεγράδων*. De ea v. quoque Schafarikium in libro: Slav. Alterthümer, Vol. II p. 209 sq. Magnum igitur hujus urbis Paristrinae momentum in bellis Graecorum, cum Magyaris Bulgarisque gestis, ex antecedentibus locis conspicitur.

14.

Scopia.

Scopia, Turcarum *Uscubi* s. *Ueskueb*, Axio (Vardario) superiori apposita, est situ locorum magni in rebus militaribus momenti, coll. Fel. Beaujour in Voyage milit. Vol. I. p. 207 sq. Ex ea enim trans-

itus patet in Albaniam et in Serviam, multumque de ea ultimis Constantinopoleos temporibus inter Graecos et Servios dimicatum fuit, coll. sequentibus scriptorum testimoniis; unde eius apud scriptores maxime Comnenorum et seqq. mentio. Videantur Nicetas in Isacio Angelo 3, 4 (Ed. Bonn. p. 569). Georgius Acropolita c. 45. Nicephorus Gregoras 8, 14. 13, 2. 15, 1. Cantacuzenus, qui Σχοπιά scripsit, gen. fem.) 3, 42. 43. 4, 19. Pluralem neutrius generis, ut reliqui, servat Laonicus Chalcocondylas libro I. (Ed. Bonn. p. 26. 60. 101. 438). De novitio urbis statu consulatur Grisebachius in Rumelia T. II. p. 214 sq.

15.

Ἐπίσκοπος. Ὀρίον.

Episcopsis (ἐπίσκοπος), saepius in sqq. occurrens, minoris regionis inspectionem eamque ipsam denotare videtur, coll. v. *pertinentia* posterioris libelli. Vixque aliud apud Nostrum erit v. *provincia*; idemque Graecum illud *horium* (ὄριον), i. e. fines (regio); et saepius etiam *thema*, quae vox proprie maiorem provinciam significat. De v. ὄριον v. Thessalonicam p. 462. not. 1. Adde Nicetam in Balduino Flandro sive capta urbe cap. 6 (Opp. ed. Bonn. p. 788): Πόλεις καὶ ὄρια (urbes et terras).

16.

Corita. Zagoria.

Librarius *Coriton*, i. e. Graece Κορίτων (Κοριτῶν) singulari Κόριτος (gen. masc. vel neutr.). Et singularis formam Edrisius Arabs in nostra voce tuetur, cuius docti verba, libelli nostri partem

egregie illustrantia, repetere hoc loco lubet (Constantinus Porphyrogenitus ex nostra edit. p. 31): „A 2 journées de là (Okhrida) est *Bolghoura*, jolie ville, située sur le sommet d'une haute montagne à la distance de 4 journées, en se dirigeant vers le nord-est de *Sconia*. Ce là on se rend à *Cortos*, lieu également situé vers le nord-est, après avoir traversé le *Fardari*, grande rivière. *Cortos* est une ville florissante et peuplée . . De là à *Strina* (ou *Stranissa*) . . en se dirigeant vers l'orient, 1 journée. De *Stranissa* à *Raghorja*, ville considérable, célèbre, des plus anciennes de la Roumanie . . en se dirigeant vers le nord-est, 1 journée. Au nord de cette ville coulent quatre rivières dont les eaux viennent se mêler à celles de *Fardari*. De *Raghorja* à *Serès* on compte 1 journée. De là à Rahna . . en se dirigeant vers l'orient 1 journée. De là à *Achrisoboli* 1 journée.“ Jamque de hoc Arabis loco quaedam observanda mihi videntur. 1) Editoribus Franco-Gallis pro *Bolghoura* Edrisii legendum videtur *Pologos*, vix recte, si quid intelligo. Arabs enim orientem petit, non occidentem, ubi *Pologos* quaerenda, coll. Georgio Pachymere in Michaelis Palaeologo 2, 11 (Ed. Bonn. T. I. p. 107): *Βελλάγραδα καὶ Πόλογον καὶ Κολώνειαν*. Urbs igitur quaedam, cuius nomen ipsum Bulgarorum admonet, coll. Edrisii alio loco paulo inferius repetendo, quaerenda est inter Oceridam et Scopia. 2) Arabis librarius in seqq. male *Sconia*. Recte Franco-Galli *Scopia*, iuxta Vardarium superiorem. Locusne *Polobus* idem sit cum nostro *Pologus*, alii decernant. Ergo Anna Comnena 6, 7 (p. 276): *Καστορίαν . . Πολόβους*. Mihi haec urbs fere iuxta Castoriam quaerenda videtur. 3) *Cortos* scribit Arabs eadem breviloquentia, qua *Kordos* Turcice dicitur pro *Κόρινθος* (Hadschi-Chalfa in Rumel. et Bosn. passim). Corti (Coriti), ut scribit noster libellus, situs prope Scopia quaerendus videtur, ex oriente, coll. alio Edrisii loco deinde citando. Et vide, ne *Corythus* (*Κόρυθος*) scribendum sit, quod est nomen urbis Pelasgicae in Etruria, coll. Forcellino in Lexico s. v.

4) Pro *Raghoria* Arabis Franco-Galli suadent *Ropelia*, in angustiiis Strymonis sita, supra Seres. Et *Rupelii* (*Ropelii*) angustias exposui in *Thessalonica* mea p. 247. 297; sunt cae supra Melenici castellum. Multo tamen leniore mutatione legemus *Zagoria*, quo etiam codex noster ducit, a Gregorovicio melius, quam a Marino inspectus. Optimeque cum his concinit *Cedrenus* Tom. II. (p. 460 ed. Bonn.): Ὑποστρέψας (e Strumitza urbe) ἦλθεν (Graecus imp., Bulgarorum debellator) εἰς τὰ Ζαγόρια, ἐνθα τὸ λταν ὀχυρώτατον ἴδρυνται ποταμὸν ὁ Μελένιος. Erat igitur regio quaedam et urbs, *Zagoriae* nomine, in montibus puto inter Strumitzam urbem et Melenicum, i. e. inter fluvios Strumitzam et Strymonem, ubi *Cantacuzenus* 4, 21 (Ed. Bonn. T. 3. p. 156) *Ταντεσάνου* ὄρη προσαγορευόμενα memorat. Vetus aevum hunc tractum montanum *Parorbeliam* dixit, teste *Strabone* fragm. libri VII (p. 28 nostrae editionis). 5) *Rahna* *Edrisii* corrupta est e *Drama*, ut bene Franco-Galli. *Dramam* attigi in *Thessalonica* mea p. 498. Supra *Philippos* et *Seras* [Σέρδας] quaerendam esse constat e tabulis *Turciae* geographicis. 6) *Chrysopolin* *Edrisii* male cum *Christopoli* vicina confundunt iidem Franco-Galli. Veriora de his urbibus nos pridem docuisse videmur l. c. p. 499 sq.

17.

Malesobus.

Post *Zagoriam* *Macedonicam*, modo illustratam, sequitur *Malesobus*. Eius rarissima apud scriptores Byzantinos memoria est, e quibus eam solus *Theophylactus*, *Bulgariae* sec. XI metropolita, agnoscere videtur epistola XXXII [Opp. ed. Venet. T. 4. p. 670]; ubi *Strumbitzae*, *Pelagoniae* et *Melesobi* [sic] episcopos iungit his verbis: Τῷ ἐπισκόπῳ Τριαδικῆς ἔγραψα μὲν ταῦτα πρὸς Πελαγονίον [l. τὸν Πελαγόνων, sc. Pelagonum, i. e. Pelagoniae episcopum] καὶ πρὸς

τὸν Στρομβίτζης [l. Στρουμβίτζης] καὶ πρὸς τὸν Μελεσόβης [l. Μαλεσόβου]. Addo Edrisium p. 32 editionis meae citatae: „de Durazzo à Teberla 2 journées. De là à Okhrida 4 journées. Puis à Boulghar 2 journées. Puis à *Scopia* 1 journée. De *Scopia* à *Cortos* 1 journée .. descendant vers le nord vous arrivez à *Formendos* .. 2 journées. De là à *Malsouda*, lieu situé sur un plateau et remarquable par la quantité de vergers .. 1 journée et demie. De là à *Bermania* [Vraua] 3 journées.“ Ubi pro *Malsouda* legendum *Malsouba*.

18.

Morabisdus.

Morabisdum quoque, ut urbem antecedentem, semel in omni Byzantinorum historia deprehendi, apud Cedrenum scilicet [tom. II. p. 467 ed. Bonn.]: Ἦλθεν [imper. Graecus, Bulgarorum debellator] εἰς Μοσυνούπολιν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ πρέσβεις ἤγον ἐκ Πελαγονίας καὶ Μωροβύσδου [l. Μοραβίσδου] καὶ Λιπένλου. Et Moravitzam, rivum Moravae fluvio illabentem, prope Vranam, e meridie, habent tabulae Turcicae geographicae, eademque Moravam urbem ibidem locorum praebent, in quibus antecessorem habent Cantacuzenum 3, 42. 43. [Ed. Bonn. T. 2. p. 260]: εἰς Σκοπιάν .. περὶ τινὰ τόπον Μοράβαν ἐγγχωρίως προσαγορευόμενον.*)

*) Comneni fratres cum ab imperatore defecissent, Tzurulum profecti *Joannem* Ducam, qui tum in praediis suis morabatur, certiore de ea re faciunt. De his praediis sic Anna Comnena 2, 5 (T. 1 ed. Bonn. p. 106): „ἐν τοῖς ἰδίοις κτήμασι τῶν Μωροβάνδᾶ“. Ubi Schopenus: „τῶν. Ἀν τοῖς? Μωροβάνδᾶ G. Μωροβισδίᾶ conj. Wilken, hist. Comn. p. 84. V. annotat.“ Annae verba mihi quoque corrupta esse videntur, arridetque

Strumitza.

Urbem *Strumitzam* (*Strumbitzam*, *Strumpitzam*) ex oriente et meridie Scopiorum quaere, initio ejus vallis, e qua minor Strymon (*Strumitza*) in maiorem delabitur ab occidente cum borea. Bulgari-
ca hanc quoque historia patefecit, coll. Cedreno T. II. p. 459 sqq. ed. Bonn.: *Τὸ δέμα δὲ (concaedem) διαβὰς ὁ βασιλεὺς κατὰ Στρούμπιτζαν γίνεται.. τοὺς ἐν Στρουμπιτζῇ βουνούς* (montes) κ. τ. λ. Nicephorus

τοῖς, ni praestabit *Μωροβένδων* (*Μοροβένδων*). Wilkenus vero *Μοροβίσδος* legi vult, „urbem Bulgariae, apud scriptores passim memoratam“, Stritteri memorias citans T. 2 p. 641. Eam vero e Graecis scriptoribus solus, ni fallor, Cedrenus (non Cinnamus, ut refert Schafarikus in *Slaw. Alterth.* T. 2. p. 215) habet ed. Bonn. T. 2 p. 467: *Ἐνταῦθα δὲ καὶ πρέσβεις ἦγον (a 1018) ἐκ Πελαγονίας καὶ Μωροβίσδος καὶ Λιπενίς, παραδόντες τῷ βασιλεῖ (Basilio Bulgaroctono) τὰς πόλεις*. Cedrenum de Serbia meridionali et (veteris sensus) Macedonia boreali locutum vides. Has igitur regiones, a Cpoli Tzuruloque multorum dierum (8—10 puto) spatio remotas, quis Annam spectasse putabit? Immo Comneni, Tzurulum delati, nulla mora interjecta *Joannem* Ducam de rebus suis certio-rem fecisse putandi videntur. Sequentis diei diluculo—aliter Annae verba vix intelliges — eorum nuntius Ducae praedium assequitur, qui statim ad Comnenos pergit, Turcosque milites, qui modo Hebrum (*Maritzam*) trajecerant, in itineris sodalitium assumit. Ergo Ducae agros Morobundianos inter Tzurulum et Hebrum inferiorem, prope hunc puto quaerendos esse, non in Rhodope s. Morrha monte, i. e. ex occidente Hebri, quod ex Annae verbis vix recte elicit Schafarikus l. c. p. 219. Quid? quod vox *Morobundus* potius Gothice sonat, quam Slávica. Postremo quod Wilkenus l. c. de praediis *Constantini* Ducae, trans Strymonem prope Serras sitis, ex Annae libro 9 (ed. Paris. p. 255; ed. Bonn. T. 1. p. 441) refert, id mehercule a nostra quaestione alienissimum esse patet.

Bryennius 4, 18 (p. 148 ed. Bonn.):.. τὰ μεταξὺ Στρουμπιτῆς καὶ τοῦ λεγομένου Μαύρου ὄρους .. ὁ δὲ Βαρδάριος .. διῶν διὰ Σκούπων κάτεισι μεταξὺ Στρουμπιτῆς καὶ Στυπίου. Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, 2, 3 (p. 644 ed. Bonn.), ubi dicitur Στρούμμιτσα. Idem ibidem 3, 1. p. 665. Georgius Acropolita cap. 59: Στρουμπιτῆς ... Μελενίκου . . Σέρδας. Ephraemius in Caesarr. v. 6453. 6614. Eam, rupi altissimae impositam, describit Nicephorus Gregoras 8, 14 (ed. Bonn. T. I. p. 379), coll. ibi Du-Cangio (T. II. p. 1234). Adde eundem Gregoram p. 379. 457. 626. 654. Vide quoque Cantacuzenum T. I. ed. Bonn. p. 209. 284. T. III. p. 156. De vocis orthographia vide Du-Cangium ad Annam p. 382. Mihi Strumitzae forma probanda videtur, non alia. A Struma enim (Strymone) Slavice derivatur Strumitza (minor Strymon). Graeci vero literae μ apponere amant literam β vel π. A fluvio autem urbem traxisse nomen suum, non dubito.

20.

Prilapus.

Prilapus (*Perlepe* Turcarum) Macedoniae superioris urbs est supra Pelagoniam (Heracleam Lyncei, Bitoliam Bulgarorum), e septentrione, coll. tabulis Turciae geographicis. Bulgarica hanc quoque historia patefecit, coll. Cedreno ed. Bonn. T. II. p. 460 sq.: Τὸ προύριον Πριλάπου καὶ Στυπείου. Fuit puto Erigonis [Tzernae] valli vicina, coll. ibidem Cedreno. Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, 3, 7 [p. 708 ed. Bonn.]: Προσάκω . . Πελαγονίαν . . Πριλάπον. Nihil frequentius eius memoria apud reliquos secc. XIII. XIV. scriptores. Videatur Ephraemius in Caesarr. v. 6589. 7669. 8089. 8601. 9025. 9134. 9166. 9397. Georg. Acropolita c. 15: Ἀχρίδα τε καὶ Πριλάπον, Ἀλβανόν τε. Idem c. 25: Σέρδας, Πελαγονία, καὶ Πριλάπος. Cap. 44: Σκοπιά τε καὶ Βελεσός καὶ μέχρι Πριλάπου. Cap. 59: ἐπὶ τὸν Πρι-

λαπον . . . ἐς τὸν Βελσόν. Idem cap. 66. 67. 79. Nicephorus Gregoras 2, 8 [ed. Bonn. T. I. p. 48]: *Πρίλλαπον* [sic], ἔτι δὲ τὸν Βελσόν. Erat igitur Macedoniae superioris urbs, coll. Cantacuz. I, 8 [p. 37. T. I. ed. Bonn.]: *Πρίλλάπον* [sic] καὶ τῶν περὶ αὐτὸν χωρῶν τε καὶ πολιχνιδίων [adde τῆς] κατωτέρω [l. ἀνωτέρω] *Μακεδονίας*. Idem ibidem c. 55 [p. 284]: *Προσακόν τε καὶ Πρίλλαπον καὶ Στρίμβιτζαν*. Laonicus Chalcocondylas libro I. p. 29. ed. Bonn.: *Ὀχρίδα τε καὶ Πρίλιαπαῖον* [l. *Πρίλιαπαίων* vel *Πρίλιαπαίων*] χώραν.

21.

Pelagonia.

Pelagoniae [Heracleae Lynce] situm aevoque medio momentum illustravi in Via Egnatia comment. I, p. 38 sqq. De Bulgarico urbis nomine videatur Cedrenus T. 2. p. 460. ed. Bonn.: *Ἀπεισιν* [Basilus imp. Bulgaroctonus] εἰς *Πελαγονίαν* . . . *πυρπολήσας τὰ ἐν Βουτέλιω βασιλεία τοῦ Γαβριήλ*. Ubi *Πελαγονία* terram, unde urbs nomen Graecum traxit, significat, *Βουτέλιον* urbis nomen Bulgaricum. Guilielmus Tyr. XX 4: „*Post multiplices viarum labores in provincia Pelagonia, in civitate, quae vulgo dicitur Butella, occurrimus* [Guil. loquitur de se Manuelem imp. adeunte anno 1168], *juxta illam antiquam et domini felicissimi et invictissimi et prudentis Augusti patriam, domini Justiniani civitatem, videlicet Justinianam primam, quae vulgo hodie dicitur Acreda* [l. *Achrida*].“ Ultimum falsum esse constat. Namque Justiniana prima non Achridae respondet, quae paludi Albanitarum Lychnitidi apposita est, sed urbi Turcarum *Kostendil* juxta Haemum [Balcanum], ad fontes Strymonis [Strumae]. Hinc ergo *Bitolia* recentiorum, etiam *Toli-Monastir* dicta. De Pelagonia urbe e Byzantinorum numero videantur: Cinamus 3, 17. Nicetas in Manuele 2 6. Georgius Acropolita cap.

25. 44. 68. 70. Ephraemius in Caesarr. v. 4130. 4141. 4185. 5669. 8602. 9165. 9396. Cantacuzenus 1, 55. Nicephorus Gregoras 9, 12.

22.

Molyscus.

Molyscum, *Moliscum*, *Molescum* supra Moglenorum urbem, e septentrione, quaero, prope Ostrobium puto. Raro eam Graeci memorant. Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 465: Τὰ περὶ Ὀστροβοῦ καὶ Μολισκοῦ. Georgius Acropolita cap. 80 [p. 178 ed. Bonn.]: Πελαγονία, Σωσκός, Μολυσκός. V. ibidem c. 81. [p. 181]: Στάνον καὶ Μολυσκόν . . εἰς τὸ τοῦ Ηριλάπου ἄστυ.

23.

Moglena.

Moglena oppidum supra Vodinorum [Edessae] urbem pone, ab oriente cum borea. Cedrenus [Ed. Bonn. T. 2. p. 460]: μετὰ δυνάμεως ἐκπέμπει [imperator] ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Μογλένων. Ibid. p. 462: Ἡλίτζης, ὁ ἄρχων Μογλένων. Anna Comnena 5, 5 [Ed. Bonn. T. I. p. 243]: καταλαμβάνει τὰ Μόγλενα. Ibid.: τοῦ ἐν Μογλένοις ἀλόντος. Ephraemius in Caesarr. 3554. 55: ἐν Μογλένων . . χωρίοις . . ἀπὸ Μογλένου τόπου. Cantacuz. 1, 43: τὸν ἐπίσκοπον Μογλαίνων [i. Μογλένων]. Eandem scriptionem ibid. habes cap. 46. 47. In hanc regionem Alexius I. teste Ephraemio l. c. captos a se Patzinacitas transposuit; quam rem Nicetas de Joanne, eius filio, narrare videtur in Joanne Comneno c. 4 [p. 22 ed. Bonn.]: Τὸ δὲ συλληφθὲν δορυάλιτον καὶ ἀριθμοῦ χρεῖττον δρᾶται, ὥσπερ καὶ τὸ προσρυνὲν αὐτόμολον τῷ πόθῳ τῶν ζωρηθέντων ὁμογενῶν, ὥς ἐκ τούτου καὶ

πῶμας συνοικισθῆναι καθ' ἐσπέριον τινα λῆξιν Ῥωμαϊκὴν, ὣν καὶ εἰσέτι μικρὰ τινα ἐμπυρεύματα σώζονται. Hanc equidem regionem occidentalem eandem esse puto cum regione Moglenorum, quam habet Ephraemius l. c., cuius verba attuli in Via Egnatia Commentat. I. p. 47. not.

24.

Berrhoea.

Eam uberius exposui in Thessalonica p. 58. 292. 312; Citrum [Pydnam Macedonum] ibidem p. 57 sq. p. 86. Neque Edrisius hanc praetermittit l. c. p. 36.

25.

Bolerus. Themata Strymonium et Thessalonicense.

Bolerum hic libellus a *Strymonio* et *Thessalonicensi* thematibus, ut peculiare thema, distinguit; quod non magni faciendum est, cum singulas adeo urbes cum agro suo provinciarum nomine ornare soleat.*) Bolerus vero eas Thraciae regiones, perquam olim ferti-

*) In hoc indice, ut in altero, qui de partitione regni Graeci agit, maiorum veteris aevi provinciarum (thematum) nomina, qualia Byzantini scriptores habent, tantum non omnia evanuerunt, excepta Thracia, Macedonia, Bolero, Strymone, Nicopoli, Thessalonica, Bucellariis, Opsicio, Aegaeo (mari); quorum thematum nomina quidem citantur, singulae vero urbes eorum tacentur. Novitio aevo, scilicet fine seculi XII et initio seculi XIII, alia regni nuncupatio ita placuisse videtur, ut minores partes provinciarum, olim maiorum, suis jam ipsarum nominibus significarentur. Regno enim Graeco iterum, ut a Bulgaris secc. VII—XI,

les, spectat, quae sunt a dextra et sinistra Maritzae [Hebri] ripa, ubi in mare Aegaeum effunditur, coll. *Via Egnatia* Comment. II: p. 32. sqq. Id vero mirum videri poterit, quod trium, quas memorat, provinciarum nullas urbes significat, Venetorum mercaturae concessas. De Strymonia et Thessalonicensi provincia vide *Constantinum nostrum Porphyrogenitum* prolegg. p. XXXIII. XXXIV. Adde *Thessalonicam* p. 40. sq.

26.

Nicopolis.

Nicopolitanam provinciam seculo XII. Aetolia cum Acarnania

ita seculis XII. XIII. ab iisdem Bulgaris, dein Turcis cett. acciso et imminuto, maiores provincias, ut antea, in minores divelli placebat, mixtis veterum et recentiorum provinciarum nominibus, non aliter, ac Georgium Acropolitam, seculi XIII scriptorem, cum alibi egisse video, tum annalium capite septimo, ubi antiquioribus et recentioribus provinciarum nominibus promiscue utitur. Imperatores autem Graecos, ubi cum Latinis de mercatura et commercio agebant, aliter ad eos scribere potuisse ac debuisse puto, quam ad suos ipsorum cives. Latinorum negotia exercentium scire solummodo intererat, quos regni Graeci portus urbesque mercandi causa adire ipsis liceret; provinciarum nomina minus curabant. Quod idem fere in altero libello tenendum esse moneo. Motamen in actis publicis singulas terrarum et provinciarum partes, i. e. urbes cett., enumerandi non rarus vel tum fuisse videtur, quum earum mentione paciscentes supersedere omnino possent. De his vide *Wilkenum* in libro *Kreuzzüge*, T. VII. p. 672. nota 59 ibique laudatum Franco-Gallum *Reinaud*. Huic narrandi religioni sive ubertati et abundantiae medii aevi geographia multum quandoque debet, si quis alius post nos ejusdem emendator et instaurator scite et caute his opibus minime spernendis uti voluerit.

effecit, coll. mea Constantini Porphyrog. editione prolegg. pag. XXXV. Caput eius tum Arta fuit, coll. Niceta in Manuele Comneno 2, 1. [Ed. Bonn. p. 98]: Ἀκαρνανάς τε καὶ Αἰτωλούς, τοὺς νῦν λεγομένους Ἀρτινοὺς. Nicopolis medio aevo κωμόπολις (rusticorum urbs) fuit, nomine *Prevesa*.

27.

Alexii III familia.

Familiam *Alexii III* [is mihi h. l. significari videtur, idem, qui fuit frater Isaacii] exposuit Du-Cangius in famill. Byz. s. v. In filia huius Alexii quidam codices libelli posterioris ambigunt, alii Irenen memorantes, alii Catharinam.

28.

Corcyra.

Corcyra medio aevo, ut noster quoque libellus habet, *Corypho* [Κορυφῶ] audiit, coll. Thessalonica p. 479, ubi de novitio nomine satis expositum est. Eodemque fere ordine memoratas h. l. insulas Anna Comnena citat libro XI. pag. 335. éd. Paris.: Εἰς προνομὴν τῆς Κορυφῶς [l. Κορυφοῦς], τῆς Κεφαλληνίας, τῆς Λευκάδος καὶ τῆς Ζακύνθου. Postremo Κέρκυρα [τὰ] quoque dictam fuisse, testatur Leonis Sap. index [Constantinus Porphyrogenitus nostrae ed. pag. 45.] all.

29.

Ithaca.

Ithacae nomen servavit Nicetas in Manuele Comneno 2, 5 [Ed. Bonn. p. 114]: *Μέσον Ἰθάκης καὶ τῆς τῶν Κεφαλήνων τετραπόλεως*. Alibi apud scriptores Byzantinos eam non legi.

30.

Argos.

Eam urbem primus memorat Leonis Sapientis index [Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 48]: „XXVII. Τῷ Κορίνθου Πελοποννήσου [subsunt] ὁ τοῦ Δαμαλοῦ, ὁ Ἄργους, ὁ Μονεμβασίας. Ubi scholiastes addit, anno 1197 [imp. Isaacio Angelo] ad metropoleos dignitatem evectam fuisse, quod tamen diu ante [a. 1089] factum esse, Chronicon breve ad calcem Ducae narrat p. 515 ed. Bonn. En totam urbis olim nobilissimae per tot saecula post veteres Graecos memoriam! — Post annum tamen 1204 aliquoties nomen eius repetitur. Eo tempore Leo Sgurus eam occupavit, coll. Niceta in urbe capta [Ed. Bonn. p. 800]: *Τὸ . . ὑπὸ βοτον Ἄργος*. Quocum conferendus Ephraemius v. 7286. Brevi post Latini eam capiunt [Nicetas l. c. p. 806. sq.]. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 1, 31 [Ed. Bonn. T. I. p. 88]: *Ἀνάπλιον δὲ καὶ Ἄργος ἐν ἀμφιβόλοις ἐτίθει*. Ubi agitur de partitione Peloponnesi inter Francos facienda, quorum annales cum Chronico Moreae barbarograeco multi sunt in Argus mentione. Fine seculi XIV Spartae dux Graecus Argos et Thermisum Venetis concessit [Laonicus Chalcocondylas libro 2. Ed. Bonn. p. 97. Chronicon breve ad calcem Ducae p. 516]: brevi tamen post [1397] Turcae eam ceperunt, coll.

Chronico brevi l. c. Phrantza libro I, cap. 16 [Ed. Bonn. p. 83]: *Εἶτα στραφέντες τὴν παλαιὰν καὶ ὀνομαστὴν πόλιν τοῦ Ἄργους πολεμήσας* [l. πολεμήσαντες] *ἔλαβον, καὶ ὑπὲρ τὰς τριάκοντα χιλιάδας αἰχμαλώτους λαβόντες, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀποίκους ἐποίησαν κ. τ. λ.* Paulo uberius haec Argus fata Laonicus Chalcocondylas narrat libro II. [pag. 98 sq.], de captivis eorumque in Asiam transpositione dubitans. Postero tempore Veneti eam receperunt [Laonicus Chalcocondylas libro X. pag. 556].

31.

Nauplium.

Nauplium, Argus navale, ultima Byzantinorum historia cum Argis haud raro iungit, quod in aliis quoque Peloponnesi urbibus, Methone et Patris, Pylo et Methone, cett. mox videbimus. Eiusque nomen iam in bellis Sarazenorum et Graecorum, imp. Romano, occurrat, coll. Cedreno ed. Bonn. T. II. p. 499: *Στρατηγοῦντος ἐν Ναυπλίῳ Νικηφόρου*. — Nauplio ortus erat Leo Sgurus, quem modo vidimus, coll. Niceta in urbe capta pag. 800: *Ὁ δὲ Σγουρός οὗτος ἐκ τοῦ Ναυπλίου γεγεννημένος*. Ephraem. v. 7280: *Ὁς* [Sgurus] *ἔξεγεν μὲν ἐκ κλίματος Ναυπλίου*. Eodem plane tempore Nauplii memoria in Latinorum Moreae occupatione recurrit [Nicetas p. 807], coll. Pachymerae loco, quem supra in Argis habuimus. Seculum XV spectant: G. Phrantza libro 4, 19. [pag. 407. ed. Bonn.] Chronicon breve ad calcem Ducae p. 516. ed. Bonn.: *Ἔτους 6897* [Chr. 1389] *ἐπαρέλαβεν ἡ ἐκλαμπροτάτη ἡμῶν ἀφεντία* [Venetia] *τὸ Ἀναύπλι*. — Laonicus Chalcocondylas libro 9 [Ed. Bonn. p. 444]: *Ναυπλίον, τῆς Οὐνετιῶν πόλεως*. Idem p. 453: *Πριάμον . . τοῦ Ναύπλιον ἐπιτετραμμένου παρὰ Οὐνετιῶν*. Idem libro 10 [p. 556].

Patrae. Methone.

Patras et Methonem ut noster scriptor etiam alii Graeci iungunt. Cedrenus ed. Bonn. Tom. II. p. 228: *Μοθώνην* (sic) καὶ Πύλον καὶ Πάτρας καὶ τὰ πρόσεχῃ Κορίνθῳ χωρία. Ibidem vero (p. 229): τὴν *Μεθώνην* κατέλαβε. Theophanes continuatus in Basilio Macedone cap. 61 (Ed. Bonn. p. 301): *Μεθώνην* καὶ Πάτρας καὶ τὰ πρόσεχῃ Κορίνθῳ χωρία. Idem cap. 62 (p. 302): Τὴν *Μεθώνην* κατέλαβε. Ibid. pag. 303: Ἐν *Μεθώνῃ*. Idem cap. 63 (p. 304): Τῇ ἐν *Μεθώνῃ* τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ [Cedrenus in loco parallelo p. 230 voces τοῦ θεοῦ omittit]. Nicetas in urbe a. 1204 capta eam cum Pylo iungit [Ed. Bonn. p. 806]: Τὴν *Μεθώνην* . . καὶ Πύλον, τὴν πατρίδα Νέστορος. Idem ibid. p. 840: Τὰ περὶ *Μεθώνην* καὶ Πάτρας. Cantacuzenus 4, 32 [Ed. Bonn. T. 3. p. 236]: Κατενανμαχήθησαν . . πρὸς τῇ *Μεθώνῃ* [a. 1352]. De seculo XV videatur Ducas cap. 14 [Ed. Bonn. p. 56]: Καταλείψας δ' αὐτοὺς ἐν *Μεθώνῃ*. Laonicus Chalcocondylas libro 9 [Ed. Bonn. p. 478]: Ἐπὶ *Μεθώνης* . . ἀπὸ Πύλου. Idem libro 10 [p. 545]: Τὴν περὶ *Μεθώνην*. Pag. 561: Τὰ περὶ τὴν *Μεθώνην*. Et Laonicus quidem et Ducas veterem, sic vidimus, dicendi puritatem cum in aliis vocibus, tum in hac servant, aliud agente G. Phrantza libro I, cap. 35 [Ed. Bonn. p. 103]: *Μοθώνης* καὶ Πύλου καὶ Γλαρέντζας καὶ Πάτρας. Idem libro IV, cap. 14 [p. 384]: Παρεγενόμην εἰς *Μοθώνην*. Idem cap. 16 [p. 392]: Πήδασον, ἣ νῦν *Μοθώνη* καλεῖται [adde eundem p. 408]. Ubi Πήδασον legendum esse, e Genesio patet l. 4, s. in Michaelē, Theophili filio [118 ed. Bonn.]: Κατὰ *Μεθώνην*, τὴν πρὶν Πήδασον καλουμένην. Chronicon breve ad calcem Ducae pag. 522: Εἰς τὰ αῦφ' [1500] ἐπῆρυν [l. ἐπῆραν, Turcae ceperunt] τὴν *Μοθο-*

κορώνην [i. e. *Μοθώνην καὶ Κορώνην*].*) E corrupto vero *Μοθώνη* novitium *Modon*. In fine noto, scriptionem *Μοθώνην* antiquiorem videri, quam vulgo existimatur, coll. Wesselingio ad Hieroclem [Itinerar. p. 647, ibique citat. Vales. ad Ammianum Marcellinum 26, 10]. Alia de his Patris v. apud nos in Thessalonica p. 486; item in alterius libelli expositione ad vocem *Neopatrae*. — Nova plane de Patris nostris reliquaue Peloponneso praestat codex Taurinensis CCCXXXVI [*Pasini*, catalogus codd. mss. regii Taurinensis Athenaei. T. I, p. 417], quae rerum Peloponnesiacarum amicis lubenter proponimus: *Περὶ τῆς κτίσεως Μονεμβασίας. Γένος οἱ Ἀβάρες* [i. *Ἀβάρεις*] *ἔθνος Οὐνικὸν καὶ Βουλγάριον* [i. *Βουλγαρικόν*]. *ἔχον γὰρ τὰς κόμας μακρὰς πάνυ δεδεμένας ᾠρανδίοις καὶ πεπλεγμένας* [i. *πεπλεγμένας*]. *Ἦ δὲ φορεσία αὐτῶν ὁμοία τῶν λοιπῶν Οὐνῶν. Οὗτοι ὑπῆρχον ἔθνος τῶν Ἀμαξοβίων, τῶν ὑπὸ τὸν Καύκασον, τὰ ἐπέκεινα παιδία* [i. *πιδία*] *νεμόμενοι. Ἐπεὶ [adde δὲ] ἐπικακῶν* [i. *κακὰ ἐπὶ κακοῖς*] *πεπόνθασιν παρὰ τῶν γειτνιότην* [i. *γειτνιώντων*] *αὐτοῖς Τούρκων, τοῦτο φεύγοντες, ἰδίας ἀπαναστάντες χώρας καὶ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ Εὐξείνου* [i. *Εὐξείνου*] *διαβάντες, ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Βόσπορον. Ἐκεῖθεν δὲ ἀπάραντες διήλθον τόπους πολλοὺς ἑθνῶν. Τούτοις παρατυγχάνουσιν ἁγωνιζόμενοι, μέχρις οὗ τὰς ὁχθὰς τοῦ Ἰστροῦ κατελήφασιν* [i. *κατελήφασιν*], *καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο, αἰτοῦντες δεχθῆναι αὐτούς. Τοῦ δὲ βασιλέως φιλανθρωπῶς αὐτοὺς δεξαμένου, ἔλαχον παρ' αὐτοῦ ἔχειν τὴν κατοίκησιν* [i. *κατοίκησιν*] *ἐν χώρᾳ Μοισίας, ἐν πόλει Δωροστύλῳ* [i. *Δωροστόλῳ*], *τὴν νῦν καλουμένην Δρίστρα* [i. *τῇ νῦν καλουμένην Δρίστρα* [Silistria]]. *Καὶ ἐξ ἀπόρων εὐποροὶ γενόμενοι, καὶ εἰς πλῆθος ἐκταθέντες, καὶ ἀμνήμονες καὶ ἀχάριστοι εὐρεθέντες, οἶκον* [adde *κατέλιπον*], *Ῥωμαίους καταστρεψόμενοι, Θράκας*

*) Utraque urbs jungi solet. Georgius Pachymeres in Andr. Palaeologo 5, 11 (p. 393): *Κορώνη καὶ Μεθώνη* (terrae motu eversae 8 Aug. 1304). Georg us Phrantza 1, 25 (p. 83): *Ἐγγὺς τῆς Κορώνης καὶ Μεθώνης*.

(adde τε) καὶ Μακεδόνες (Haemi incolae) αἰχμαλωτίζοντες, καὶ αὐτὴν τὴν βασιλίδαν κατατρέχοντες. Τοῦ δὲ Μανρικίου τῶν σκήπτρων ἐλημμένου (l. ἐπειλημμένου) κατὰ τὸ 5 ἑβδομήκοντον εἶτος (a. m. 6075), ὁ δὲ Χαμνὸς (l. ὁ Χαγάνος, duχ) λύει σπουδὰς (l. σπονδὰς), αἰτῶν ὑπερογκὰ, καὶ ἐχειρῶσατο Θετταλίαν, Ἑλλάδα, Ἀττικὴν καὶ Ἑβόιαν (l. Εὐβοίαν) καὶ Πελοπόννησον. Καὶ καταφθίραντες τὰ γένη κατῴκησαν αὐτοὶ ἐν αὐτῇ. Οἱ δὲ δυνηθέντες ἐκφυγεῖν, διεσπάρησαν. Καὶ ἡ μὲν τῶν Πατρῶν πόλις κατακρίσθη ἐν τῇ τῶν Καλάβρων χώρα τοῦ Ῥηγίου. Οἱ δὲ Ἀργεῖοι (Ἀχαιοί?) ἐν τῇ Ὀρόβῃ (Ὀρσόβῃ? Ὀστρόβῃ?), οἱ δὲ Κορίνθιοι ἐν τῇ Αἰγίνῃ μετώκησαν. Τότε καὶ οἱ Λάκωνες τὸ πατρῷον ἔδαφος καταλοιπόντες (καταλιπόντες), ἐν τῇ Σικελίᾳ ἐξέπλευσαν, κατοικοῦντες ἐν τόπῳ, καλουμένῳ Δέμενα, καὶ ἀντὶ Λακεδαιμονιτῶν (l. Λακεδαιμονίων) Δεμαινίται (l. Δεμενίται) κατονομάζονται. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐκ τῶν ἐπισήμων, δύσβατον τόπον παρὰ τὸν τῆς θαλάσσης αἰγιαλὸν ἐδρόντες, καὶ πόλιν ὑσχυρὰν (l. ἰσχυρὰν) οἰκοδομήσαντες, καὶ Μονεμβασίαν ταύτην ὀνομάσαντες διὰ τὸ μίαν ἔχει (l. ἔχειν) τῶν ἐν αὐτῇ εἰσπορευομένων τὴν εἴσοδον, ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κατῴκησαν μετὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Οἱ δὲ ἕτεροι τῶν ἐπισήμων μετὰ τῶν Θερμάτων (l. Θρεμμάτων) νομῆς καὶ ἀγροικικῶν (l. ἀγροίκων) κατῴκηθησαν ἐν τοῖς παρακειμένοις ἐκεῖσε τραχινοῖς τόποις, ὃ (l. οἱ) καὶ ἐπεσχάτων (l. ἐπ' ἐσχάτων, postremo) Τζάκωντας (l. Τζάκωνες) ἐπωνομάσθησαν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τοὺς Λάκωνας Τζάκωνας μετωνομασθῆναι. Τοίνυν οἱ Ἀβαροὶ κατασχόντες τὴν Πελοπόννησον ἐπὶ χρόνους σιη (218 annos), μήτε τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ, μήτε ἑτέρῳ ὑποκείμενοι ἤγουν ἀπὸ τοῦ 54 (a. m. 6096) ἔτους τοῦ κόσμου κατασκευῆς, ὅπερ ἦν ἕκτον ἔτος τῆς βασιλείας Μανρικίου καὶ (dele hoc καὶ) μέχρι τοῦ 5 τριακοστοῦ (l. τριακοσιοστοῦ) τρισκαιδεκάτου (a. m. 6313), ὅπερ ἦν ἔτος δ (4) τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ παλαιοῦ, τοῦ ἔχοντος υἱοῦ (στρατηγούντος?) τοῦ Σταυρακίου. Μόνου δὲ τοῦ ἀνατολικοῦ μέρους τῆς Πελοποννήσου ἀπὸ Κορίνθου καὶ μέχρι Μαλατόν (l. Μαλέας) τοῦ Σθλαβίνου ἔθνους διὰ τὸ τραχὺς καὶ δύσβατον κα-

Θαρεύοντος, στρατηγὸς Πελοποννήσου ἐν τῷ αὐτῷ μέρει ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως κατεπέμπετο. Εἰς δὲ τῶν τοιούτων στρατηγῶν ὀρώμενος μὲν ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, φρατριᾶς δὲ τῶν ἐπωνομαζομένων Σεληρῶν, συμβαλὼν τῷ Σθλαβιανῶν (l. Σθλαβησιανῶν) ἔθνεϊ πολεμικῶς, εἶλέ τε καὶ ἠγάγισεν εἰς τέλος, καὶ τοῖς ἀρχῇθεν οἰκήτορσιν ἀποκαταστεῖναι (l. ἀποκαταστῆσαι) τὰ οἰκεία παρέσχεν. Τοῦτο μαθὼν δ' προειρημένος βασιλεὺς Νικηφόρος, καὶ χαρᾶς πλησθεὶς, διαφροντίδος ἔθειτο, τὰς πόλεις ἀνακαινίσαι, καὶ ὥς οἱ βάρβαροι κατηδάφθησαν (l. κατηδάφισαν) ἐκκλησίας ἀνοικοδομῆσαι, καὶ αὐτοὺς τοὺς βαρβάρους Χριστιανούς ποιῆσαι. Τὴν δὲ μετοχίαν τῶν Πατέρων (l. Πατρῶν) ἀναλαθὼν (l. ἀναλαβῶν), τῷ ἑδάφει τῶν Πατέρων (l. πατέρων) αὐτοὺς ἀπεκατέστησε μετὰ τοῦ ἰδίου αὐτῶν ποιμῆνος, ὃς ἦν Ἀθανάσιος τὸ ὄνομα.

33.

Thebae.

Thebas Boeoticas, medii aevi parte priore vix semel memoratas (Cedren. T. II. ed. Bonn. p. 529), Comnenorum et Normannorum, Siciliae dominorum, historia militaris in memoriam hominum tandem aliquando revocavit. Jo. Cinnamus in Manuele 3, 2: *Κόρινθόν τε καὶ Εὐβοίαν καὶ Θήβας ἐληΐσατο* (Rogerius Normannus). Idem repetitur 3, 12. De eodem bello videatur Nicetas in Manuele 2, 2 (p. 98 ed. Bonn.). Sericorum texendorum artem tum e Thebis et Corintho in Siciliam translata fuisse, ex eodem Niceta constat ibidem 2, 8 (p. 129 sq.). Eam tamen ibi non in oblivionem abiisse testatur idem Nicetas in Alexio, Is. fratre, I, 3 (p. 608). Diuque antea Thebas hac arte claruisse puto. Vide nostram Thessalonicam p. 228 not. 52. Judaeos tempore Comnenorum maximam incolarum partem effecisse puto, coll. Beniamine Tudelitano (Thessalonica p. 487).

Raro posthac memorantur. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 16 (ed. Bonn. T. 2. p. 595): Ἐπεὶ πρὸς ταῖς Θήβαις ἦσαν. Georg. Acropolita annal. cap. 82 (p. 183): Ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰωάννης ..., τὴν Λεβαδείαν παραμείψας (seculo XIII), τὰς Θήβας ἐσζύλευσε. De eadem re Nicephorus Gregoras 4, 9: Θηβαίων καὶ Εὐβοιέων καὶ Ἀθηναίων στρατὸν. Ephraemius v. 7290: Θήβαις ἐφορμᾷ (Leo Sgurus a. 1204 vel brevi post) ταχέως ἐπταπύλοις. Thebae in Graeco Hispanorum dominatu sive ducatu aliquoties recurrunt, coll. Nicephoro Gregora 7, 7 (ad annos 1282—1328). Brevi post seculi XIV initium terrae motus Thebas vastavit, qua de re videantur „Mirabilia descripta per fratrem Jordanum“ (Recueil de Voyages. Paris 1839. vol. 4. p. 37): *Thebis fui, ubi tot sunt terrae motus, quod non posset credere, nisi qui expertus est. Nam quinque vel sex vicibus inter diem et noctem sunt, ita, quod propter terrae motus multoties et frequenter et ruunt fortissimae domus et muri.* Is doctus clericus circa annum 1321 sq. in Indiam proficisci volebat. — Thebarum statum flebilem sec. XV respiciant: Laonicus Chalcocondylas libro I. p. 19. ed. Bonn. Phrantza ed. Bonn. p. 91. 107. 159. Ducas cap. 29 (ed. Bonn. p. 197).

34.

Euripus.

Euripus apud scriptores medii aevi idem est quod vetus *Euboea* (Thessalonica p. 487 sq.). Eam (Euboeam) ut reliqua Graeciae fine seculi sexti Avari cum Slavis occuparunt, coll. iis, quae in Patrarum explicatione docuimus. Post captam anno 1204 a Flandris Constantinopolin insula uni et alteri dynastarum occidentalium paruit.

35.

Carystus.

Quid vero *insula* Carystus? *Urbem* Euboeae Carystum novimus, in fine eius meridionali sitam, medii aevi scriptoribus non incognitam, non insulam. Legendumne *Carpathus*, quod *Lapatho* alterius libelli praeferendum esse videtur?

36.

Dodecanesus.

Eam vocem satis mirifice medio inter singulas insulas loco positam videmus. Aliter se res haberet, si singulis, quarum nomina habemus, insulis praeponeretur. Tum enim computus aliqualis XII insularum fieret, quanquam satis incommodus, quod paulo inferius in clariori luce ponemus. Jam Dodecanesi vocem Theophanes habet in chronographia p. 703 ed. Bonn. (ad annum 773): Θεοφύλακτος .. δρουγγάριος τῆς Δωδεκανήσου. Item Cedrenus T. II. ed. Bonn. pag. 38: Τοὺς κατὰ τὴν δωδεκάνησον (l. Δωδεκάνησον). Nil tamen addunt de singulis, quae hoc quasi systema effecerint, partibus s. insulis. Ego vero de Cycladibus Cedreni vocem intelligo, medio aevo minime incognitis, cuius rei testimonia in medium proferre non poenitebit. Et primo vide Indices episcopales, paulo inferius citandos. His accedat Theophanes p. 623 (ad annum 718): Οἱ τῶν Κυκλάδων νήσων. Idem continuatus in Michaelē, Theophili filio, cap. 34 (p. 126. ed. Bonn.): Τὰς Κυκλάδας νήσους (Arabes Cretenses vastant). Constantinus Porphyrogevitae de thematibus libro I (Opp. ed. Bonn. T. III. p. 43): Προσφκεῖονται δὲ τῷ στρατηγῷ τοῦ Αἰγαίου πελάγους αἱ τε Κυκλάδες νῆσοι καλούμεναι καὶ τῶν Σποράδων, ὧν προέχουσιν

ἢ τε Μιτυλήνη καὶ Χίος καὶ αὐτὴ ἡ Ἀῆμος κ. τ. λ. Cycladibus deinde praeter Lemnum et Scyrum (quod falsum est) annumerat Melum, Amolgum (l. Amorgum), Theram, Therasiam et Rheneam (cum Delo). Leonis Grammatici chronogr. p. 212 ed. Bonn.: Αἱ καλούμεναι Κυκλάδες (ab Arabibus et Afris captae). Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 4, 29 (Ed. Bonn. T. II. p. 344): Ταῖς Κυκλάσιν ἐπέχραον (Turcarum copiae navales) Χίω .. Σάμω καὶ Καρπάθω καὶ αὐτῇ Ῥόδω. Deinde Nicephorus Gregoras 9, 9 (Ed. Bonn. T. I. p. 438): Ἐκ τῶν τῶν Κυκλάδων ἡγεμονεύοντος νήσων. Idem 11, 1 (p. 525): Οἱ δὲ Ῥόδιοι . . . πρὸς δὲ τούτοις ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμονεύων. Ibid. p. 526: Οἱ δὲ Ῥόδιοι τέτταρας (naves) τὰς δ' ἑτέρας τρεῖς ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός (subministrabat). Cantacuzenus 2, 12 (Ed. Bonn. T. I. p. 385): Νικολάου Σανούτου, τοῦ τῶν Κυκλάδων ἀρχοντος (anno 1329). Ducas cap. 2 (Ed. Bonn. pag. 14): ἔάλω Χίος νήσος παρὰ τῶν Γενοιτῶν, καὶ αἱ λοιπαὶ Κυκλάδαι (sic) νῆσοι ἐκ τῶν (adde ἀπὸ) Ναυάρρας (Navarra) ἀφικομένων Φράγκων. Idem cap. 21 (pag. 109): Εὐβοίαν, Κρήτην καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους. Idem ibidem: ἐν Ἀνδρῶν .. Πάρῶν .. καὶ τῶν λοιπῶν Κυκλάδων. Georg. Phrantza I, 34 (Ed. Bonn. p. 103): Τὰς Κυκλάδας νήσους. Quemnam vero numerum eae medio aevo effecerunt? Duodenarium, inquam, coll. Indice episcopali, quem Gretserus edidit ad Codinum de officiis (ed. Paris.), ubi legitur: Insulae Cyclades: ὁ Ῥόδου (episcopus), Σάμου, Χίου, Κώων (l. Κῶν), Ναξίας, Θήρας, Πάρου, Λέθρου (l. Λέρον), Ἀνδρου, Τήνου, Μήλου, Πισύνης. Quatuordecim Cyclades Leonis Sap. index habet (Const. Porphyrog. nostrae edit. p. 50): Τῷ Ῥόδου τῶν Κυκλάδων νήσων δ' Σάμου, ὁ Χίου, ὁ Κῶ, ὁ Ναξίας, ὁ Θηρασίας, ὁ Πάρου, ὁ Τήνου, ὁ Μήλου, ὁ Πισίνης, ὁ Ἰκαρίας, ὁ Λερίας, ὁ Ἀστυπάλαιας, ὁ Τραχείας, ὁ Νισύρου. Quenam apud veteres Graecos insulae istud Cycladum systema effecerint, id satis ambiguum et controversum fuisse constat, coll. Cellario in Orbe Antiquo T. I. p. 1045. Aevi tamen

medii Graeciam ista veterum insularum nomina suae Dodecaneso tribuisse modo vidimus. Utut statueris, Dodecanesi locus medius (ut dixi) inter singularum insularum nomina mirum quam incommodus est, Cyprumque et Cretam, insulas magnas, vix veterum aliquis systemati adnumeraverit, quod Dodecanesi nomen habuisse vidimus. Huic *minores* insulae, neque admodum *dissitae* conveniunt, non *minores et maiores* eademque *dissitae*, ut Cyprus et Lesbos (aevi medii Mitylene); quamquam in insularum ordinibus et systematibus alio tempore Byzantinis alia placere potuisse concedo, velut in themate Sami, maris Aegaei, Cephalleniae cett. Verum ad singulas libelli nostri insulas accedamus, et quidem minores, omissis maioribus et nobilioribus multoque saepius memoratis. Eae sunt *Carpathus*, *Ceos*, *Cos*, *Andros*, *Strobilus*, *Melus*; de quibus, ut alibi, sola et nuda scriptorum Byzantinorum testimonia excitasse iuvabit.

37.

Carpathus. Ceos. Cos. Andros. Strobilus. Melus.

Constantinus Porphyrogenitus de cerim. 2, 45 (Opp. ed. Bonn. T. I, p. 665): *Γαλέαι τῆς Καρπάθου κατελείφθησαν εἰς φύλαξιν τῆς νῆσου Καρπάθου γαλέα α΄*. Leonis Sap. index (Const. Porphyrog. pag. 45 nostrae editionis): *Αἱ Ἀρχιεπισκοπαὶ . . . XXXII: Ἡ Κάρπαθος . .* Anna Comuena 9, 2 (Ed. Bonn. T. I. p. 430): *Καταλαμβάνοντα τὴν Κάρπαθον*. Georgii Pachymerae de Carpatho locum vide paulo inferius. Theophanes continuatus in Michaele, Theophili filio, cap. 29 (Ed. Bonn. p. 192): *κατὰ τῆς Ἀνδρου γενόμενος*. Jo. Cameniata de excidio Thessalonicensi cap. 67 (l. c. p. 580): *Τὴν μεγάλην νῆσον παρεπλέομεν τῆς Εὐβοίας . . τὰ παρὰ πόδας τῆς Ἀνδρου κατελάβομεν* (advenimus). Idem Theophanes continuatus in Michaele Amoriensi cap. 25 (l. c. pag. 80): *Οἱ* (Arabes Cretenses)

καὶ καταλαβόντες τοῦτον ἐν Κῶ ἐπὶ ξύλου κρεμάσαντες διαφθαρῆναι ἐποίησαν. Symeon Magister in Michaelae Balbo cap. 4 (l. c. p. 623): καὶ πρὸς νῆσον τὴν Κῶ τοῦτον κατέσχευ, καὶ ἐν αὐτῇ τοῦτον ἀνεσκολόπισεν. Idem narrat Genesius regum libro II. pag. 49. ed. Bonn. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 3, 15 (Ed. Bonn. T. I. p. 205): ἐξ ὧν (insulis) ἀλισκομένη μὲν ἔγνωστο Νάξος . . Πάρος . . Κέως καὶ Κάρουστος Ὁρεῶ συνεπελαμβάνοντο, quo Pachymerae loco pro Ὁρεῶ legerim Ὁρωπῶ, coll. Nicephoro Gregora 18, 2 (Ed. Bonn. T. II. p. 878), ubi item legendum esse Ὁρωπῶ alio huius commentationis loco ostendi. Idem G. Pachymeres ibid. 5, 19 (p. 391): Αἴμνον, Σκυῖον, Κέω. Idem in Andronico Palaeologo 4, 29 (T. II. p. 344): Ταῖς Κυκλάσις ἐπέχραον (copiae Turcarum navales) . . καὶ τοῦτο μὲν Χίω, τοῦτο δὲ Σάμω καὶ Καρπάθω καὶ αὐτῇ Ῥόδω. Nicephorus Gregoras 2, 3 (Ed. Bonn. T. I. p. 29): Λέσβον καὶ Χίον, Σάμον τε καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κῶ. Georgius Phrantza 1, 3 (Ed. Bonn. pag. 22): Ῥόδον . . Κῶον (sic), Χίον καὶ Αἴμνον. — Constantinus Porphyrog. de them. libro I (opp. ed. Bonn. T. I. p. 43): Μῆλος, Ἀμολγὸς (l. Ἀμοργός), Θήρα, Θηρασία καὶ Ῥήνεια. Adde indices episcopales supra excitatos. — Strobilus. Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 513: Ἀπὸ Ἀδραμντίου (sic, una τ) καὶ μέχρι Στροβίλου. Theophanes continuatus in Constantino Porphyrogenito cap. 8 (Ed. Bonn. p. 388): Εἰς Στρούβηλον (l. Στρούβιλον) νῆσον. De eadem vide quoque Symeonem Magistrum cap. 9. (l. c. p. 723) et Georgium Monachum in eodem imp. cap. 13 (l. c. p. 880). Leo Grammaticus p. 294 ed. Bonn.: Εἰς Στρούβηλον (l. Στρούβιλον) νῆσον. Cariae (Cibyrraeotarum thematis medio aevo) urbem Strobilum a nostra distingue, de qua videndus Constantinus Porphyrogenitus de themat. libro I. (l. c. p. 36): Μίνδος καὶ ἡ καλουμένη Στρούβηλος (l. Στρούβιλος). Theophanes continuatus in Leone Sap. cap. 20 (Ed. Bonn. p. 367): Στροβήλω (l. Στροβίλω) τῇ κατὰ Κιβύρῳ. Georgius Pa-

chymeres in Michaelē Palaeologo 3, 21 (Ed. Bonn. T. I. p. 220):
Στροβίλον ... καὶ Σταδιοτραχείαν ... κατὰ Μαλανδρον.

38.

Athenae.

Athenas, artium litterarumque prisco aevo facem, longi temporis nox post Justiniani regnum premit. Adeo rara earum memoria est, ut, nisi quandam episcoporum Atticorum seriem haberes (ex actis ecclesiasticis eam Michael Lequienius protraxit Orientis Christiani volumine II), extinctae omnino ex orbe viderentur. Proximis enim seculis — sunt praeter Justinianum duo vel tria proxime secuta — Graeciae terra continens, excepta orae maritimae insularumque parte, barbaris paruit, non imperatoribus Byzantinis, collato historiae Monembasioticae fragmento, quod supra dedi in Patrarum enarratione. Jam vero quid tum Athenae? Eae diu incolis adeo caruisse videntur, scilicet flammis absumentae cum urbibus finitimis atque incolis destitutae, qua de re consulenda chronici Attici fragmenta, quae vulgavit *Fallmerayerus* in libello bonae frugis plenissimo: *Welchen Einfluss hatte die Besetzung Griechenlands durch die Slaven auf das Schicksal der Stadt Athen und der Landschaft Attica?* 1835. Seculis IX, X, XI bis terve, vix amplius, memoria civitatis recurrit, coll. eodem viro celeberrimo ibidem passim. Bellorum Normannicorum seculo XII num immunis urbs fuerit, id in obscuro esse video. Sequenti seculo XIII Athenas ab imperio Byzantino avulsas esse constat, cum Flandri Constantinopolin cepissent. Habuere tum metropolitam Michaelē Acominatum, Nicetae historici fratrem, urbis contra Sgurum rebellem strenuum defensorem, litteris suo aevo nobilem, cuius quaedam scripta nuper a me edita sunt (Thessalonica pag. 353 seq. Michaelis Choniatae allocutio Isaaci Angeli. 1846.). Adde A. *Ellissenum*, optimi

libelli auctorem: Michael Akominatos von Chonae, Erzbischof von Athen. 1846; qui vir eruditus utinam reliqua Michaelis opuscula (sunt minoris quidem voluminis, sed haud levis momenti) publici iuris faciat! Athenae enim vasto medii aevi spatio ante Laonicum Chalcondylam, qui fine seculi XV floruit, non alium scriptorem tulere praeter hunc unum Michaellem, nec indigenam quidem, sed e Chonis s. Colossis, Asiae urbe, oriundum; quod non secus in longa imperatorum Byzantinorum serie, quorum ne unus quidem ipsam Graeciam patriam habuisse videtur. Post annum 1204 cum reliqua Graecia uni et alteri dynastarum s. equitum occidentalium Athenae paruerit, a quibus vix aliter habitas fuisse putabis, quam Americae incolas ab Hispanis, Asiae a Batavis, Curones, Livones, Aestuos ab equitibus Theutonicis. Principum Ducumve Atheniensium seriem et quandam etiam historiam Du-Cangius dedit in historia Constantinopolitana, nuperque Buchonus in libro: *Recherches sur la domination française* rell. 1840. Vol. I.

39.

Belegezitia.

Pro *Belechatuiae* posterior libellus habet *Velicati*. Schafarikio (ms.) placet *Velechatuiae*, quam urbem, si narrandi tenorem respexeris, inter Atticam et Thessaliam locabis, loco tamen nondum invento. Ego de Belegezitis mediae Thessaliae (Thessalonica prolegg. p. LXXVII) cogitaverim. Mirum vero, quod praeter Thebas nulla Boeotiae urbs memoratur. Legendumne igitur *Lebadia*?

40.

Blachia.

Blachia (Vlachia) nostri libelli est vetus Thessalia, vel huius partes montanae. Ipsaque Thessalia dicebatur *Vlachia magna* (maior); Aetolia cum Acarnania *Vlachia parva* (minor), coll. Thessalonica p. 490 seq.

41.

Duo Halmyri.

Duplicem *Halmyrum* his plane coevus summus papa Romanus Innocentius III habet epist. 13, 34 (Thessalonica p. 495 seq.): *Vissenam, Dimitriatam ... duo Almurus* (l. *Almyros*). Duplex Almyrus in posteriori quoque pacto occurrit, quod vide. Aevo medio has urbes, sinui Pagasetico appositae, mercaturae beneficio, ut contermina Demetrias, gavisas puto, coll. Thessalonica l. c. Halmyrum nostram (maiolem, puto) Thessalicam (Vlachicam) ter deprehendi in historia Graeco-Byzantina praeter Leonis Sapientis indicem, ubi Halmyrensem episcopum Larissaei metropolitae suffraganeum fuisse legimus. Ergo Nicetas in urbe capta ed. Bonn. pag. 808: Ὁ γὰρ δὴ φηγὰς βασιλεὺς ... εἰς χῶρον τῇ τύχῃ φερώνυμον (Ἀλμυρὸς δὲ χῶρος κικλήσκειται) ... ἐκπέμπεται σὺν Εὐφροσύνῃ τῇ δμενέτιδι. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 16 (Ed. Bonn. T. II. p. 595): Ἐπεὶ πρὸς ταῖς Θήβαις ἦσαν .. ἕσπερον δὲ ... περὶ τὸν Ἀλμυρὸν δεχθέντες ἐκεῖ που καὶ κατεσχένον, εὐμενῶς τῶν τοῦ τόπου κυρίων αὐτοὺς ὑποδεξαμένων. Ephraemius in Caesarr. v. 1324: Εἰς Ἀλμυρὸν δ' ἵσταλτο, χῶρον ἑσπέρας (Alexius imp., circa annum 1204 seq.), coll. Niceta modo citato; quem Ephraemii locum in editione principe

sic vertit Angelus Maius: *ad Hesperium salsi aëris locum*; quod repetiit, ut alia huius generis, editio Bonnensis p. 297.

42.

Demetrias. Besene.

Demetriadem et *Bessenam* (Besenam) pridem illustravimus in Thessalonica p. LXXVII. 495 seq. De Demetriade, si seculum XIII seq. spectes, adde Georg. Acropolitam cap. 38 (ed. Bonn. p. 66): *Τὸν τῆς Δημητριάδος χῶρον*. Georg. Pachymeres in Andronico Palaeologo I, 25. 26 (Ed. Bonn. T. II. p. 68. 69. 71.). Ibid. IV, 3 (p. 284). Eandem attigimus in Constantino Porphyrog. prolegg. pag. XXXIV.

43.

Grebenica.

Pro *Erevenicôn* (genit. plur. Graecorum) *Grebenicôn* legendum esse, vix dubium videtur; puto enim, *Grebenicum* originetenus scriptum fuisse, hinc *Erebenicum*. Et aliud *Grebenicum* Macedonia quoque contermina habet prope Haliacmonem fluvium, coll. tabulis Turciae geographicis; item *Grebenum* Morea (Peloponnesus), coll. Laonico libro IX (Ed. Bonn. p. 477. 479, ubi *Γρεβενόν* dicitur) et Phrantza 2, 2 (Ed. Bonn. p. 133), ubi *Γρεμπενῆ* et *Γρεπέν* vocatur. Jam etiam Annae Comnenae loco medelam admovebimus. Ea igitur libro 5, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 249) in bello Normannorum Thessalico: *Τὴν τοῦ Αἰβοτανίνου κλεισούραν καὶ τὸν Ῥεβενικόν* . . . Ubi *Γρεβενικόν* ut in nostro libello legi velim. Annae vero locum alterius libelli commentarius denuo tentabit.

Pharsalus.

Pharsali (Pharsalorum) memoria in medii aevi annalibus non omnis intercidit. Leonis Sapientis index hanc urbem in dioecesi Larissaea hoc ordine memorat: *Τῷ Λαρίσσης* (metropolitae subsunt): *ὁ Δημητριάδος, ὁ Φαρσάλων, ὁ Δομοκοῦ κ. τ. λ.* In Bulgarica deinde historia eius nomen aliquoties recurrit, coll. Cedreno ed. Bonn. T. II. p. 450: *Τὸ τῆς Φαρσαλλίας πεδῖον καὶ τὸν Ἀπιδανὸν ποταμὸν διαβὰς* (Graecorum dux victor) *κ. τ. λ.* Post captam a. 1204 a Latinis Constantinopolin iterum memoratam legi. Georgius Acropolita annal. cap. 38 (Ed. Bonn. p. 67): *Ἦρξέ τε Φαρσάλων καὶ Λαρίσσης καὶ Πλαταμῶνος.* Ephraemius in Caesarr. v. 8363: *Ἀρχεὶ Φαρσάλων, Πλαταμῶνος, Λαρίσσης.* Laonicus Chalcocondylas libro II (Ed. Bonn. p. 67): *Ἀφικόμενος δὲ ἐς Θεσσαλίαν τὴν τε Δομακίην παρέλαβεν . . . καὶ δὴ καὶ Φαρσάλων πόλιν.* Ubi *Δομακίην* dixit pro *Θαυμακίην*, vetustissima miscens cum novissimis, cum *Θαυμακία* iam apud Homerum legatur Iliad. 2, 716. De nostra, sc. Meliensi, videatur Stephanus Byz. s. v. Postremo pluralem *Pharsali* formam iam Strabo agnoscit 9, 5, 6: *Τῶν Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας.* Ibidemque *Παλαιφάρσαλος* memoratur. Ceterum masculino usa vetustas, neutro plurali aevum medium, coll. Leonis Sap. indice (Constantinus Porphyrog. p. 45. 50). Et plurali *Φάρσαλα* etiam Scholiastes Aeschyli Pers. 469 utitur, sc. medii aevi scriptor.

Thaumacus.

Thaumacum (Domocum medii nostrique aevi), Pharsalo iunctam, modo vidimus. Erat vero semper is locus nonnullius momenti

propter transitum ex interiore Thessalia in Boeotiam, coll. Liv. 32, 4. Dominici (sic) episcopatum, Larissae subiectum, habet Manuelis Charitopuli solutio III (Leunclav. Jus Gr. R. Vol. I. p. 242): *Τὸ ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τῆς μητροπόλεως Λαρίσσης . . ἐπισκόπου Δομενίκου*. Ibid.: *Τῇ τοῦ Δομενίκου ἐπισκοπῇ*. Leonis index hunc episcopatum non habet. Anne est *Domocus*?

46.

Ezerus.

Ezerum quoque, Thessaliae Slavicae urbem, primus Leonis Sap. index aperit: *Τῷ Λαρίσσης* (subsunt episcopi) . . . *ὁ Ζητουνίου, ὁ Ἐζερού, ὁ Λοιδορικίου κ. τ. λ.* Manuelis Charitopuli solutio II (Leunclavius l. c. p. 240): *Ὁ τῆς ὑπὸ τῆς Λαρίσσης μητρόπολιν ἀγιοτάτης ἐπισκοπῆς Ἐζερού ἀρχιερατικῶς προϋστάμενος*. Ibidem p. 242: *Ὁ Ἐζερού* (episcopus). Slavis vocem *Ezero* lacum significare dicunt. Unde horum Ezeritarum sedem uni alterive Thessalorum lacui propinquam fuisse dices, scilicet Boebeïdi (Carlas), vel Nessonidi, inter Larissam et Tempe cum Peneo, cuius lacus vestigium Anna Comnena servasse videtur libro 5, 7 (Ed. Bonn. T. I. p. 253): *Ἐπεὶ ἐλώδη τόπον ἐν τοῖς τῆς Λαρίσσης μέρεσιν ἐθεάσατο, ἀναμεταξὺ δύο βουνῶν πεδιάδα ἀλσώδη εὐρὴν ἀποτελοῦσαν εἰς στενωπὸν ὁξὺν . . τὴν λεγομένην Δεμενίκου παλάτιον . . . ὁ δὲ Βαῖμουῦντος ἐδίωκε τούτους μέχρι τοῦ ποταμοῦ Σαλαβρία* (Peneum). Postremo in Olympo Macedoniae, et parte quidem eius Thessalica, apud veteres occurrit locus *Ascuris* cum lacu, supra Oloossonem; eodemque loco ponendum puto castellum Procopii de aedificiis 4, 4 (Ed. Bonn. T. 3. p. 280, 26), nomine *Λιμναίαι* (l. *Λίμναι* s. *Λίμνη*), suadente narrandi contextu. Neque ultima Graecitas hanc Olympi Perrhaebici s. meridionalis Limnen omisit, coll. Laonico Chalcocondyla libro VI (Ed. Bonn. p. 283):

Θετταλίας καὶ Περαιβίας τῆς λίμνης (l. Πεῤῥαιβικῆς Λίμνης). Idem ibid. p. 324: Θέρεως τε καὶ Λίμνης τῆς Πεῤῥαιβῶν.*) De Ezero et Ezeritis Lacedaemoniae v. Constantinum Porphyrogenitum de administr. cap. 50 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 221—224). Ezerum lacum prope Larissam se invenisse dicit Schafarikius, urbem vero huius nominis vel pagum (Ortschaft) nequaquam (Slaw. Alterthümer II, 229 not. 5). Refutatur Actis ecclesiae Byzantinae, coll. iis, quae supra diximus.

47.

Dragobistium.

Pro insauo *Dobrochbusta* malim *Radobistium*, quod habet Leonis Sap. index in dioecesi Larissaea (Constantinus Porphyrog. nostrae edit. p. 49). De hoc nomine v. nos in alterius libelli explicatione, nr. 103. Aliis *Dorogobistia* placebit.

48.

Tricca.

Tricala medium nostrumque aevum dicit, pro *Tricca*, veteris Thessaliae urbe haud ignobili, apud Peneum superiorem posita prope

*) Chalcocondylas libro 8. p. 432 seq.: Ἐνταῦθα πυθόμενος παρὰ τῶν σφετέρων Ἰησῆς ὁ Βρενέζεω, καὶ παραλαβὼν τοὺς ἐς τὸν Ἀξιὸν ἱπποδρόμους καὶ Παραβοῦτων στρατόν, καὶ τὴν ταχίστην ἐπειγόμενος ἄλλην, ἣ αὐτοὶ ἐφύλαττον οἱ Ἰταλοὶ . . διέφθειρε . . τοὺς Ἰταλοὺς, Σκενδέρης μέντοι . . οὐ δ' ὅτι οὖν παθὼν δεινόν. Ὑστερον μέντοι . . Σκενδέρης κ. τ. λ. Ubi lege: Πεῤῥαιβῶν. Deinde: Ἰταλός. Σκενδέρης κ. τ. λ.

Stagos. Eam Leonis Sapientis index puriori *Τρίκης* s. *Τρίκκης* nomine habet in dioecesi Larissaea, item Cedrenus Ed. Bonn. T. II. p. 436: *Διοδώρω Τρίκκης* (episcopo). Hujus memoria in bello Normannorum Thessalico plus semel recurrit. Anna Comnena 5, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 244): *Βαϊμούντος . . καταλαβὼν τὰ Τρίκαλα . . κατέσχε τὴν Τζι-βισκον . . καταλαβὼν τὴν Λάρισσαν*. Ad annum Christi 1333 vide Cantacuzenum 2, 28 (T. I. ed. Bonn. p. 434): *Σταγούς δὲ καὶ Τρίκαλα καὶ Φανάριον καὶ Λαμάσιν καὶ Ἐλασσῶνα*. Puriores formas repetit Georgius Pachymeres in Mich. Palaeologo 2, 11 (T. I. ed. Bonn. p. 107): *Πάτρα (i. e. Νεοπάτρα) καὶ Τρίκκη*. Laonicus Chalcocondylas libro I. p. 29. ed. Bonn.: *Τὰ ἀμφὶ τὴν Τρίκην (i. Τρίκην) καὶ Καστορίαν*. Idem Chalcocondylas libro 5, p. 252: *Τουραχάνης ὁ Τρικᾶλλων καὶ Θεσσαλίας ὑπαρχος*. Ex voce *Τρικᾶλλων* Clauseriana versio (eam non mutatam repetiit Bonnensis editor) extundit *Triballorum* (Serviorum). Tu lege *Τρικᾶλων*. Namque pro *Τρίκκα* medio aevo dicebant ut nostro *Τρίκαλα* (*Τρίκαλα*). Puriores tamen scriptionem Chalcoc. loco supra allato habet. In urbe Tricca (Triccala) sedem habebat Turachanes, Turcicus Thessaliae praetor. De ejus regimine Thessalico, non Serbico, v. Chalcocondylam p. 283. 308. 310. 316. 322. 341. 348. 365. 560. Serbiae princeps tum erat Georgius, coll. Chalcocondyla p. 245. 256. 283. 307. 356. 376. 415.

49.

Larissa.

Larissam, Thessaliae medio aevo ut nunc metropolin, a Slavis, qui seculis VI. VII. istas quoque terras occupabant (Thessalonica, prolegg. p. XXXVII seq.), Graecis nunquam ereptam fuisse puto. Eius enim rei memoriam omnem quis intercidisce sibi persuadebit?

A Bulgaris tamen, Achridae dominis, captam posthac fuisse, e Cedreno constat T. II. ed. Bonn. p. 435 seq.: *Οὗτος* (Samuel, Bulgarorum rex) . . *κατέδραμε πᾶσαν τὴν ἑσπερίαν,*) οὐ μόνον Θράκην καὶ Μακεδονίαν, καὶ τὰ τῇ Θεσσαλονικῇ πρόσχωρα, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν καὶ Ἑλλάδα καὶ Πελοπόννησον· καὶ πολλὰ φρούρια παρεστήσατο, ὧν ἦν τὸ κορυφαῖον ἡ Λαρίσσα.* Eius incolas victor in Bulgariam avexit (Cedr. l. c.). Bulgaros tamen posthac debellatos fuisse, ex eodem Cedreno constat. Fine ejusdem seculi XI Normanni eam cepere, coll. Anna Comnena libro V, 5 seq. Ephraemius in Caesarr. v. 3500. Brevissima haec quoque possessio fuit, auro Alexii imp. corruptis hostium ducibus. Capta a. 1204 per Latinos Constantinopoli, Montisferratensis eam marcesius, Bonifacius, occupavit, coll. Niceta in Urbe capta c. 8 (Ed. Bonn. p. 799 seq.). De sequioribus eius fatis consulatur Georgius Acropolita annal. e. 38 (Ed. Bonn. p. 67). Id. cap. 49 (p. 99). Ephraemius v. 7235. 7292. 8363. 8715. Seculum urbis XV tangit Laonicus Chalcocondylas libro X (Ed. Bonn. p. 560): *καὶ ἑστρατοπεδεύετο* (exercitus Turcarum) *παρὰ Λαρίσση τῇ πόλει.*

50.

Platamo.

Platamonem uberius exposui in Thessalonicensibus p. 87 seq.; ubi addere debebam Ephraemium v. 8363. 8597. Arabs quoque Edrius eius mentionem facit, nomine *Ablatmuna* (Constant. Porphyrog. nostrae editionis p. 36). In Laconica quoque hoc nomen deprehen-

*) Scriptori Byzantino vespera est omnis Europa Byzantina, opposita Asiae (orienti). Vide, quae dicit de Thracia et Macedonia (terra inter Danubium et Constantinopolin sita).

ditur, coll. G. Phrantza 2, 10. (Ed. Bonn. p. 159): *Ἅγιος Ἰωάννης, Πλαταμόνας* (sic) κ. τ. λ.

51.

Thracia et Macedonia.

Iterum libelli nostri auctor antiquarum maiorumque provinciarum nomina memorat, extra necessitatem, coll. iis, quae supra notavi ad Bolerum, Strymonem et Thessalonicam. Et Chersonesum Thracicam mirifice ab nostra provincia separat, cuius tamen partem fuisse constat. Jam Chersonesi nullas urbes in medium profert, quod multo melius in altero libello se habere posthac videbimus. De Thracia et Macedonia Byzantinorum v. nos accuratius agentes in Constantini Porphyrog. nostra editione p. XIII sq. Situm haec provincia inter Maritzam (Hebrum) flumen et Pontum Euxinum habuit, finibus borealibus, quae ad Istrum vergunt, modo remotioribus, modo propinquioribus.

52.

Choerobacchi.

Choerobacchi (*Χοιροβάκχοι*). Inter Athyram et Melanem fluvios, huic tamen propiorem, hanc urbem quaeras. En Byzantinae antiquitatis testimonia, ut puto, omnia. Scylitza ad calcem Cedreni (Ed. Bonn. T. II. p. 655): *Περὶ τὸν τόπον, ὃς Χοιροβάκχοι καλεῖται*. Anna Comnena libro 8, 1 (Ed. Bonn. T. I. p. 384 sq.): *κατὰ τῶν Χοιροβάκχων . . . συγκεκολλημένον τῇ τείχει τῶν Χοιροβάκχων ἀνχένα . . τὸν ἀγχοῦ Χοιροβάκχων ῥέοντα ποταμὸν . . εἰς Χοιροβάκχους*. Cinamus in Manuele 2, 14 (Ed. Bonn. p. 73): *τὰς ἐπὶ Χοιροβάκχων . .*

πεδιάδας .. οἱ τὸν χῶρον .. παραρρέοντες ποταμοὶ .. Μέλας .. Ἀθύρας. Nicetas in Manuele 1, 5 (Ed. Bonn. p. 85): εἶχε τοίνυν .. αὐτοὺς (Latinos cruciferos duce Conrado imp.) ἢ τῶν Χοιροβάκων πᾶσα ἱππήλατος .. παραρρέει δὲ ταῖς ἐκεῖσε πεδιάσι ποταμὸς .. Μέλας τοῦνομα. Ubi codex B.: Μαῦρος λεγόμενος.

53.

Selybria.

Silistria Marinus, inepte. Non enim Danubio opus est, sed Propontide. Grigorovicius *Siluria*, unde effeci *Selybria* (*Siliuria*, *Silibrya*, *Selybria*). Eam Propontidis litori appositam esse constat, coll. Pomponio Mela 2, 2, 6.: *In Propontide Selymbria, Perinthus, Bithynis*. Ultimam urbem, a multis addubitatam (Tzschuck. not. crit. ad Pomp. locum p. 97), Pseudo-Aristoteles habet in mirabb. c. 194: *Καὶ ἐν Βιθυνίᾳ δὲ τῆς Θράκης ἐν τοῖς μετάλλοις γίνεται ὁ καλούμενος σπίνος, ἔξ οὗ φασὶ πῦρ ἀνάπτεσθαι*. Huins urbis non immemor fuit aevi medii historia; magnumque in rebus militaribus momentum habere non desiit, quod et ipsa Cpoleos vicinia persuadet. Ergo Leo Grammaticus p. 189. ed. Bonn.: *Καὶ ἐλθὼν ἐν Σηλυβρίᾳ* (imp. Leo Isaurus) κ. τ. λ. Simeon Magister in Leone Armenio c. 9 (Theophanes continuatus ed. Bonn. p. 614): *Καὶ ἐλθόντες* (Bulgari, duce Chrumo) .. εἰς τὸν Ἀθύρα (l. Ἀθύραν) .. καὶ ἐλθόντες εἰς Σηλυβρίαν κατέστρεψαν .. τὸ κάστρον .. καὶ μετὰ τοῦτο τὸ Δαώνην (l. Δαόνιον) κάστρον κατέστρεψαν .. εἰς τὴν πόλιν Ἡρακλείαν .. Πάνιον .. καὶ καταστρέψαντες ἀνῆλθον (versus boream) εἰς τὸν Ἀσπρον. Ubi Ἀπρων (s. Ἀπρον) legi malim, quanquam Ἀσπρον καλούμενον χωρίον Anna quoque Comnena habet I, 9 (Ed. Bonn. T. I. p. 374). Nostram tamen emendationem egregie firmat auctor incertus in eodem imp. (ad calcem Leonis Grammatici ed. Bonn. p. 345), Symeonem Magistrum

ad verbum fere exscribens:.. *Καταστρέψαντες ἀνῆλθον εἰς τὸν Ἄπρον, κάστρον δὲ καὶ αὐτό . . καὶ ἀνέκαμψαν ἐπὶ τὸ Εὐροῖον καὶ τὴν ἄνω.* Pro quibus recte habet Sym. Magister l. c.: *ἐπὶ τὸν Ἐβρον* (alias *Εὐρον*). Hinc apud Annam quoque correxerim Ἄπρον (Ἄπρων). Ceterum Symeonis Magistri memorabilis revera locus esse videtur ob urbium iustam consecutionem et ordinem. Cinnamus 6, 5 (Ed. Bonn. p. 265): *Ἀμφὶ Σηλυβρία τὰς πασχάλους διαγαγὼν* (Manuel imp.). Nicetas in urbe capta cap. 5 (Ed. Bonn. p. 784): *Τότε δ' οὖν πέραν τῆς ὁδοῦ τὴν Σηλυβρίαν ἡμεῖς* (Nicetas de se) *θέμενοι* κ. τ. λ. Idem ibidem c. 14 (p. 834): *Βιζύη τε καὶ Σηλυβρία.* Ephraemius v. 7813 (in Theodoro Lascari): *Ἡράκλειαν καὶ Σηλυβρίαν.* Eam Latinis eodem, quo coeperant, seculo XIII ereptam fuisse, e Georgio Pachymere constat in Mich. Palaeologo II, 14 (Ed. Bonn. T. I. p. 110 seq.). Adde eundem in Andronico Palaeologo 7, 11 (T. 2. p. 586). Reliqua eius fata aperiunt Nicephorus Gregoras 6, 1. 8, 7. 12, 10. 15, 1. 5. Cantacuzenus 1, 23. 27. 30. 44. 51. 3, 16. 18. 23. 28. 77. 84. 91. 95. 96. 97. Et haec quidem secula XIII. XIV spectabant. Penultimum ultimumque Cpoleos seculum respicit Ducas cap. 2. 9. 15. 37. Phrantza 2, 18. 19.

54.

Tzurulum.

Antiqua Thraciae urbs, antea Bergulae dicta, medio aevo Zurulum, Turcis Tzorlu, juxta Mesenen, de qua deinceps videbimus; inter Adrianopolin et Cpolin, huic tamen propior. De ea vide, quae de Mesene exponemus. Anna Comnena 2, 6. Ed. Bonn. T. I. p. 106: *Τζουρουλόν* (χώμη δὲ αὕτη Θρακική). Eadem 7, 11 (p. 378). Ibidem (p. 379): *Ἡ Τζουρουλὸς ἐπὶ λόφον ἀνέξηκόςτος* (l. cum Schopeno *ἀνεστηκόςτος*) *τετελιχιστο*. Scylitza (ad calcem Cedreni T. II.

p. 656): *Τοῖς ἐν τῷ Τζουρούλῳ ἐσκηνομένοις*. Adde Nicetam in urbe capta (Ed. Bonn. p. 816): *Βιζύη μὲν οὖν καὶ Τζουρουλὸς ἐπανήλθοσαν* (in ditionem Latinorum). Georg. Acropolita c. 35 (Ed. Bonn. p. 56): *ἐν τῇ Τζουρουλῷ*. Idem c. 3 (p. 59). Cap. 37 (p. 63). Cap. 47 (p. 91): *τῇ Τζουρουλῷ . . καὶ τῇ Βιζύῃ*. Ephraemius v. 7377. 8248. 8307. 8619. Georg. Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 11. 12 (Ed. Bonn. T. II. p. 586). Ibid. c. 29 (p. 633). Cantacuzenus I, 25 (Ed. Bonn. T. I. 125): *Ἀρχὴ Τζουρουλόης*. Cap. 26 (p. 133): *ἐκ Τζουρουλόης*. Fluvius iuxta Zurulum manans Xerogypsus dicebatur, coll. Anna Comn. 7, 11 (Ed. Bonn. T. I. p. 378): *.. κατὰ τῆς Τζουρουλοῦ . . τὸν ἀνὰ τὴν πεδιάδα ῥέοντα ποταμὸν ἀγχοῦ τοῦ πολυχρίου τούτου· Ξηρόγυψον τοῦτον ἐγγωρῶς κατονομάζουσι*.

55.

Theodoropolis.

Theodoropolin alter etiam libellus agnoscit, iungens ut noster cum Zurulo. Huic igitur et Rhaedesto vicinam fuisse puto. Eam praeter nostros libellos Latinos inter Graeciae monumenta Leonis Sap. index habet, his verbis: *τῷ Ἡρακλείῳ (metropolitae) Θράκης καὶ Μακεδονίας (subsunt episcopi) ὁ Θεοδωρονπόλεως, ὁ Παιδεστοῦ κ. τ. λ.* Adde Nicephorum Bryennium 4, 2 (p. 130 ed. Bonn.): *ἐντυγχάνουσι τῷ Βρυεννίῳ, περὶ τὴν Θεοδωρούπολιν τὴν φάλαγγα τάξαντι*.

56.

Mesene.

Mesenem prope Zurulum quaere et Adrianopolin. Nicetas in Alexio Angelo, Isaacii fratre, 2, 5 (Ed. Bonn. p. 663): *περὶ*

Μεσῆνην καὶ Τζουρουλόν. Idem in Urbe capta cap. 14. p. 832: λαχοῦσα πολισιν τὸν Ἀρκάδιον, καὶ Μεσῆνη . . καὶ Τζουρουλός. Alibi eam memoratam non inveni. Ab alia Mesene, i. e. Maximianopoli (Mosynopoli) prope Abderam sita, distinguendam esse, a me satis monitum, immo evictum est in via Egnatia Comment. II. p. 22 sq.

57.

Arcadiopolis.

Ea urbs, Mesenae et Zurulo vicina, juxta Riginiam fluvium quaerenda est. In conditore ejus vetus aevum variasse video, aliis Theodosium M. statuentibus, aliis filium ejus Arcadium. Istud tuetur Cedrenus T. I. ed. Bonn. p. 368: Ἐκτίσε δὲ (Th. M.) καὶ ἑτέραν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (Arcadii), τὸ πρὶν Βεργούλιον λεγομένην. Plures ipsum Arcadium conditorem fuisse volunt. Theophanes in chronographia T. I. (p. 121. ed. Bonn.): Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει (mundi 5896, Chr. 395) Ἀρκάδιος . . τὴν Ἀρκαδιούπολιν ἔκτισε τῆς Θράκης. Joel p. 40. ed. Bonn.: Καὶ πόλιν ἐν τῇ Θράκῃ κτίσας (Arcadius) ἐπωνόμασεν Ἀρκαδιούπολιν. Nicetas in Isaacio Angelo 3, 8 (ed. Bonn. p. 588): Τοῦ πολιτισματος, οὗ δομήτωρ Ἀρκάδιος. Idem in Urbe capta cap. 14. p. 832, quem locum supra dedi in Mesene. Eundem Arcadium conditorem dicit etiam Ephraemius in Caesariibus vv. 683. 6186. 7380. Neque aliter Cantacuzenus 2, 38 (Ed. Bonn. T. I. p. 541): . . πόλιν παλαιὰν κατεσκευασμένην, ἧς φασιν Ἀρκάδιον εἶναι οἰκιστὴν τὸν Θεοδοσίον τοῦ μεγάλου . . Ἀρκαδίου προσαγορευομένη πόλις, αὐθις ἀνοικοδομεῖν (a. 1340) . . ἀγαθoὶ τοῦ τόπου τὴν εὐφύαν. Praeter locos antecedentes haud raro haec urbs memoratur. Theophanes p. 361. ed. cit. ad annum 551: Εἰς τὰ μέρη Τζουρουλλοῦ (l. Τζουρουλου) καὶ Ἀρκαδιουπόλεως (venere Slavi). Idem ad annum 442 (p. 158): Πατιόρειαν (l. Πατιόριαν)

καὶ Νάσσαν (l. Ναϊσσόν) . . καὶ Ἀρκαδιούπολιν (eversas ab Attila). Idem ad annum 763 (p. 693): Κατὰ τὴν Ἀρκαδιούπολιν ὑπέστρεψεν (Graecus imp.). Idem continuatus (Scriptt. post Theophanem) T. 2. p. 616. ed. Bonn.: Καὶ ἐλθόντες (Bulgari) ἕως Ἀρκαδιονπόλεως, καὶ περάσαντες τὴν Ῥίγιν (l. Ῥιγινίαν, vel Ῥηγῖναν, quod habet Scriptor incertus in Leone, Bardae filio, pag. 346 ad calcem Leonis Grammatici). Leo Grammaticus p. 189. ed. Bonn.: Ἐκστρατεύσας δὲ πάλιν (Constantinus Copronymus) κατὰ Βουλγάρων (l. κατὰ τῶν B.) . . κατὰ τὴν Ἀ. κ. τ. λ. Genesius regum libro II p. 43. ed. Bonn.: Πρὸς τὴν Ἀρκαδιούπολιν . . διασώζεται. Cedrenus T. 2. p. 384.: Ἀγχοῦ πον τῶν τειχῶν Ἀρκαδιονπόλεως. De situ urbis Hasius (ad Leonem Diaconum p. 466. ed. Bonn.) citat Michaellem Lequienium in Oriente Christ. T. I. p. 1136. B., ubi tamen minus erudite de situ agi video.

58.

Bulgarophygun.

Bulgarophygun Bizyae urbi fluvioque Riginiae vicinum fuisse videtur. Leo Grammaticus p. 269. ed. Bonn.: Καὶ γενομένης συμβολῆς μετὰ Συμεὼν εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον, ἐγένετο τροπὴ δημοσία, καὶ πάντες ἀπώλοντο. Theophanes continuatus in Leone, Basilii filio, cap. 10 (Ed. Bonn. p. 360): Πόλεμον μετὰ Βουλγάρων συγκροτηθέντος περὶ τὸ Βουλγαρόφυγον, τρέπονται Ῥωμαῖοι κακῶς. Idem referunt Cedrenus (ed. Bonn. T. II. p. 457., ubi interpret latinus: *plantam Bulgaricam*) et Symeon Magister in eodem imp. c. 3 (p. 302). Adde Georgium Monachum in eodem imp. c. 14. p. 855. Anna Comnena 7, 7 (Ed. Bonn. T. I. p. 358): Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὸ Βουλγαρόφυγον διατρέβων κ. τ. λ. Georgius Acropolita annal. c. 61 (Ed. Bonn. p. 133): Περὶ τὸν ποταμόν, οὗ Ῥηγίνα τοῦνομα . . περίξ τοῦ Διδυμοτείχου . .

ἐπὶ τὸν τοῦ Βουλγαροφύγου χώρον . . περὶ τὸν ποταμόν, ὃς Ῥηγίνα καλεῖται. Ephraemius in Caesarr. v. 9089 sq.: Ὁ γρὸς (Graecorum imp. cladem suorum) . . Βουλγαροφύγῳ προσπελάζει . . καὶ τινὰς εὐρῶν βαρβάρων ἐν Βιζύῃ . . πλὴν καταλαβὼν τὸν ποταμόν Ῥηγίνα κ. τ. λ. Nomen eius *Bulgarofle* scribit Godofredus de Ville-Hardouin in libro de la conquête cett. cap. 181.

59.

Chersonesus. Adrianopolis.

Chersonesum ut urbem et provinciam nostra Notitia memorat. De Chersoneso peninsula locupletior est posterior libellus. Et urbs quaedam Chersonesi nomine in Thracicae Chersonesi isthmo quondam fuit, teste Stephano Byzantino: Χερσόνησος . . Ἔστι (adde καὶ) δεύτερα πόλις ἐν τῇ Θράκῃ Χερσόνησος, περὶ ἧς Ἐκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ· ἐν δ' αὐταῖσι πόλις Χερσόνησος ἐν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερσόνησου. Eriphanii expositio (Constant. Porphyrog. meae editionis p. 43): ἐπαρχία Εὐρώπης Θράκης, μητρόπολις Ἡρακλείας, ἔχει πόλεις ὑπ' αὐτὴν ἦτοι ἐπισκόπους, οἷον τὸν τοῦ Παύλου, τὸν Καλλιπόλεως, τὸν Χερσόνησου, τὸν Κύλας, τὸν Παιδεστοῦ. Adrianopolin uberius tractavi in Constant. Porphyrogen. prolegg. p. XXV. XXVI. *)

*) Emendo in transcurso Phrantzam 1, 9 (p. 41. ed. Bonn.): Καὶ αὐθις ἐν τῇ Θράκῃ, πρὸς τὴν Χερσόνησον περάσας (Turca), πολίχνιά τινα καὶ φράγιά ἔλαβε. Ubi codex Paris.: αὐθις (deficit ἐς) τὴν τῆς Θράκης Χερσόνησον περάσας. Insanum illud Χερσόνησον retinuit Bekkerus; male. Tu cum codice Paris. lege Χερσόνησον, id quod ipse Phrantza suadet alio loco, ubi nostrum locum respicit, sc. pag. 46: Ἦσαν γὰρ περάσαντες, ὡς προέφημεν, καὶ ἐν ἑτέροις καιροῖς οἱ Τῆρκοι ἐν τῇ Εὐρώπῃ εἰς τὴν Χερσόνησον τῆς Θράκης. Adde eundem

Didymotichus.

Didymotichi (Didymotöchi) mentionem frequentem video inde a seculo XII. Nicetas in urbe capta c. 7 (Ed. Bonn. p. 791): *Τῇ Ὁρεστιάδι (Adrianopoli) . . καὶ κατὰ τὸ Διδυμότειχον*. Ibid. p. 825: . . *Διδυμοτείχον . . ὃ τῷ φρουρίῳ παραρρέων Ἑβρος*. Pag. 835: . . *τὸ Διδυμότειχον . . μεταφέρειν τὸν ποταμὸν Ἑβρον ἐπεβάλετο (Bulgarus), περικλῶμενον τῷ φρουρίῳ, καὶ διὰ καθόδων τοῖς πολλοῖς ἀγνώστων τοὺς ἔνδον ποτίζοντα*. Georgius Acropolita c. 24 (Ed. Bonn. p. 43): *Περὶ Διδυμότειχον γεγωνώς*. Ephraemius v. 7225. 7361 (*τῶν Διδύμων τειχέων*). Idem v. 7369. 7846. 8086 (*Διδυμότειχον, ἀσφαλῆ πόλιν*). Idem v. 9043. 9074. 10235. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 1 (Ed. Bonn. T. II. p. 562): *Βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸ Διδυμότειχον ὑπεισδύς*. Ex Nicephori Gregorae locis, non paucis, unus sufficiet libr. 8, 11 (T. I. p. 357): *Ἡ γὰρ ἀνέχουσα (sustinens, i. e. sibi impositum habens) τὸ Διδυμότειχον πολίχνιον ἄκρα μὲν τίς ἐστι πέτρα, ἣν οἱ ἐνοικοῦντες εὐφυῶς εἰς τὸ λαβεῖσθαι ἔχουσιν εὐρόντες ὑπογείους κοιλαίνουσιν ἀποθήκας καὶ φρέατα*. Eam Nicephoro Gregora frequentius laudat Cantacuzenus, sc. I, 25. 27. 29. 39. 51. 54. II, 10. 13. 14. 24. 38. cett. *Didymotöchus* ut Nicetas scribit Ducas c. 2. 7. 35. Neque aliter (gen. neutr.) Laonicus Chalcocondylas p. 44; Phrantza vero p. 34 *Διδυμότειχος*. Hodie *Dimotica*, coll. Had-schi-Chalfa in Rumel. et Bosnia passim. *Didymotichus* quibusdam

cap. 11 pag. 45 sq. Ducas cap. 3 (p. 14. ed. Bonn.): *Ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει (anno XVI Jo. Palaeologi, i. e. 1357) ἤρξαντο οἱ Τᾶρκοι περᾶν τὸν Ἑλλησποντον . . Περωῖτες γῆν λησιτρικῷ τρόπῳ ἐπόρθουν Χερρόννησον πᾶσαν καὶ παράλιον Θράκης κ. τ. λ.*

Dyma itinerariorum esse videtur, me dubitante (Via Egnatia, commentat. II. p. 57).

61.

Branchialium.

Anchialum habet utrumque apographum, Marinianum et Gregorovicianum. Estque Anchialus nobilis Thraciae urbs, Ponto Euxino apposita, quam attigi in Thessalonicensibus p. 485 sq. Quare vero sola Anchialus b. l. memoratur, et (quod majus) extra ordinem narrandi, qui mediterranea Thraciae spectat cum Hebri alveo ad Hellespontum usque et Propontidem? Ergo voci nostrae manus medica admovenda est, quam praebet Georgius Pachymeres. Is igitur locum *Βραγχιάλιον* his habet, sc. in Andronico Palaeologo 6, 17 (Ed. Bonn. T. II. p. 509): *Οὕτω δὲ τὸ Βραγχιάλιον πεφθάνει*. Idem ibidem 7, 18 (p. 600): *τῆς Καλλίου* (Callipolis urbis) . . *τὸ μεταξὺ Βραγχιαλίου καὶ πόλεως* (sc. Callipolis). Jam habes huius quoque urbis sedem, scilicet prope Callipolin, ubi vetus in Asiam transitus per Propontidem e borea. Nostram vero urbem iam seculo XII (sub finem) Latini cruciferi, Orientem petentes, permearunt, coll. Tagenone in Descriptione Friderici I (*Freher*, Scriptt. rerum German. Vol. I. p. 411 sq.); ubi *Brachiol* dicitur, corrupte pro *Branchialium* Graecorum. Neque praetermittendum a nobis videtur, libellum posteriorem revera habere formam *Brachiali* s. *Brachioli*.

62.

Philippopolis. Berrhoea.

Philippopolin, Thraciae iuxta Hebri initia nobilissimam urbem, similiter *Berrhoeam* ex oriente eius cum meridie, nuper illustravi in mea Constantini Porphyrog. editione (prolegg. p. XIV. XXVII).

63.

Morrha.

Morrha (ut legendum video) pars Rhodopae et regio est, ex occidente vallis, quam Hebrus perlabitur. Eam illustravi in *Via Egnatia Comment. II.* p. 46, memorans Cantacuzenum 1, 39. 3, 66. 70. 71. 74. 4, 34; quibus iam addo anteriorem Cantacuzeno Georgium Pachymerem in Andronico Palaeologo 7, 19 (Ed. Bonn. T.II. p. 605): *Καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐκεῖθεν* (e Didymoticho) *ἐξώρμησεν, καὶ περὶ τὴν Μόρραν διέτριβε.*

64.

Achris.

Duplicis *Achridis* priorem (occidentalem, in Dassaretia sitam, iuxta Lychnitidem paludem) initio huius commentarii uberius exposui, lectores ibi ablegans ad *Viae Egnatiae* partem I, p. 28 sq. et Thes-salonicam p. 41 sq. Jam posteriorem breviter attingamus, ea iterum in lectorum memoriam revocantes, quae in *Via Egnatia Comment. II.* p. 47 ex Niceta et Georgio Acropolita publici iuris fecimus. Hanc autem regionem Graeci dicebant Ἀχριδῶ, ab Achride, item Bulgarica,

Lychnitidi apposita, eam distinguentes. Eam praeter scriptores memoratos etiam Ephraemius habet in Caesarr. v. 8030: **Ἀνευ Ῥοδό-
πης, Ἀχρίδου* (l. *Ἀχρίδοῦς*), *Μελενίκου*. Idem v. 8968: *Ἀχρίδου* (l. *Ἀχρίδοῦς*) *πάντα τόπον*, ubi arcium eius urbiumque nomina, numero VIII, occurrunt. Haec Achris (Achrido) borealem Rhodopes partem effecit, e Philippopoleos occidente (Nicetas in Isaacio Angelo 2, 5); Morrha, modo illustrata, meridionalem, ex occidente Didymotichi, coll. Georgio Pachymere modo citato. Ibidemque locorum aliam, veteris Graeci nominis regionem, Meropam, in historia Byzantina inveniri, Via Egnatia docuit l. c. p. 46. Quae mihi Meropa pars Rhodopes maxime meridionalis fuisse videtur. — In Asiae jam litora Constantinopoli opposita libellus nos transmittit.

65.

Mesothynia.

Pristino tempore inter *Thyniam* et *Bithyniam* discrimen statutum fuisse, luculenta veterum testimonia evincere videntur, coll. Plinio h. n. 5, 32, 40. 43. Stephanus Byz.: *Ψίλιον, ποταμὸς μεταξύ Θυνίας καὶ Βιθυνίας*. Adde Eustathium ad Dionys. 793. 809. Thynique, puto, e borea sedebant, Bithyni e meridie, coll. Forbigeri Handb. d. alten Geogr. T. II. p. 375. Jam quid de Mesothynia opinabimur? Libere exponam, quod sentio. Scriptores Byzantini (hos iam solos specto) si formula *Μεσοθυνία καὶ Βιθυνία* utebantur, coll. Georgio Acropolita modo citando, lusum eundem puto archaeologicum admittebant pro simplici *Βιθυνία*, ac si dicebant: *Θυνοὶ καὶ Βιθυνοὶ*, coll. Anna Comnena 3, 11 (Ed. Bonn. T. I. p. 180): *Βιθυνίαν καὶ Θυνίαν*. Neque aliter Eustathius oratione de Thessalonica urbe a Latinis capta cap. 26 (Opuscul. p. 274, 60): *Τὴν τῶν Θυνῶν καὶ Βιθυνῶν γῆν*. Aliter vero res se habuisse videbitur, ubi sola

Μεσοθυνία utebantur, quod non aliud nisi partem provinciae, non totam, significare poterat. Idque revera inde quoque commendatur, quod iidem Byzantini, si de *Bithynia* indistincte sermonem habebant, hoc ipsum illius nomen (multoties id factum constat) in medium proferebant, quod secus in voce admodum rara *Mesothyniae*, quam ego fere primus e tenebris historiae Byzantinae in publicam lucem protraxisse videor. Nostram autem sententiam memorabilis Cantacuzeni locus, paulo inferius a me in medium proferendus, egregie confirmabit. — Ergo de Bithynia, nisi tota, tamen parte eius, forsan boreali, agi, *Mesothyniae* sonus suadet, quam vocem inter scriptores Byzantinos primus, ni fallor, Georgius Acropolita habet annal. cap. 64 (Ed. Bonn. pag. 144): *Βιθυνία καὶ Μεσοθυνία*. Quid tamen vere sit *Mesothynia*, accuratius quam a Possino ad Georgium Pachymerem (T. I. ed. Bonn. p. 581 sq.) factum est, iam quaeremus, in medium vocatis veterum testimoniis. Praeter Acropolitam igitur modo citatum G. Pachymeres legendus in Michaelae Palaeologo I, 9 (T. I. p. 24): *Τότε δὴ καὶ τοῦ Παλαιολόγου εἰς κεφαλὴν τεταγμένου Μεσοθυνίας*. Idem ibidem 4, 27 (p. 310): *Ἦν δὲ ἐξ Ἀλζώνων πλεῖστον (sc. στρατεύμα) . . οὗς καὶ Μεσοθυνίας (l. Μεσοθυντίας) ὁ κοινὸς εἵποι λόγος*. Idem ibidem cap. 30 (p. 346): *Ὅς καὶ καταθέων Μεσοθυνίας (l. Μεσοθυντίας) συχνάκις κ. τ. λ.* Idem in Andronico Palaeologo 4, 24 (T. II. p. 327): *Κατὰ Μεσοθυνίαν (l. Μεσοθυνίαν) πᾶσαν*. Cantacuzenus libro 2, 6 (Ed. Bonn. T. I. p. 341 sq.): *Μετακαλεσάμενος (Graecus imp. a 1329) τὸν τῆς Μεσοθηνίας (l. Μεσοθυνίας) ἄρχοντα . . Κοντοφρέ, ἐβουλευέτο περὶ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων (erant Turcae) εἰσβολῆς . . . διὰ τὸ Μεσοθηνίας (l. Μεσοθυντίας) ἐπιτρέπειν . . ἐπεὶ δὲ ἡγγέλθη τοῖς βαρβάροις ἡ τοῦ βασιλέως ἐφοδος, ὅσοι μὲν ἦσαν νομάδες κατὰ τὴν Βιθυνίαν διεσκεδασμένοι . . ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνῆλθον τῶν ὄρων . . Ὁρχάνης δὲ ὁ τῶν αὐτόθι Περσῶν (Turcarum) σατραπῆς . . ἐπεὶ ἐπύθετο, τὸν βασιλέα διὰ Μεσοθηνίας (l. Μεσοθυντίας) μέλλοντα ἵκναι, πολλὰς ἐχούσης δυσχωρίας καὶ ὀχυρότητας*

αὐτοφρεῖς . . . εἰς τὴν Μεσοθύναν (l. *Μεσοθύναν*) *ἐλθὼν κ. τ. λ.*; de quibus borealis Nicomediae saltibus adi Nicetam in Manuele Comneno 6, 8 (Ed. Bonn. p. 258).*) Jam mihi *Mesothynia* vix aliud esse videtur, quam media quaedam veteris Thyniae, i. e. Bithyniae borealis, pars, quocum conferendi erunt Halizones illi nostri Gregorae, Ponti Euxini olim accolae mythici, quos *Mesothynitas* appellat l. c.; neque omittendus adiectivi μέσος usus geographicus, apud alios quoque scriptores conspicuus. Sic enim *Mesophrygiam* habet Georgius Phrantza 1, 23 (Ed. Bonn. p. 77): *Τὰ δὲ πλείονα Μεσοφρυγίας καὶ ἔτι μέχρι Φιλαδελφείας*. Et *Mesochaldium* (*Mesochaldia*, τὰ) castellum s. urbem in regno Trapezuntino alii scriptores habent, scilicet Laonicus Chalcocondylas et Panaretus. Ille igitur libro IX ed. Bonn. p. 465: *Ἐν τῷ Μεσοχαλδίῳ*. Pag. 466: *Μεσοχαλδίῳ*. Pag. 494: *Τῶν περὶ τὴν Τραπεζοῦντα Μεσοχαλδίων* (l. *Μεσοχαλδίων*). Pag. 496: *Τὰ περὶ τὸ Μεσοχάλδειον* (l. *Μεσοχάλδιον*). Panareti chronicon Trapezuntinum (Eustathii opuscul. p. 367, 30): *Εἰς Μεσοχάλδια*. Jamque idem vocis μέσος usus in aliis eiusdem Bithyniae locis occurrit, coll. G. Pachymere in Andronico Palaeologo 6, 1 (T. II. p. 460): *Τὸ τῶν ποταμῶν μεσόγαιον ἀνὰ Σάγγαρον*,

*) Sanabo in transcurso Constantinum Porphyrogenitum de thematibus I, 4 (Opp. ed. Bonn. T. III. p. 25): *Ἔως τῆς μεσογαίου τοῦ Μυσίου Ὀλύμπου . . . καὶ τῆς χώρας τῶν . . . Λαγοτθύνων καὶ αὐτῆς Προσιάδος*. Ubi lege *Λακοθύνων*, quorum urbem Dacibyzam fuisse puto, coll. Cedreno ed. Bonn. T. I. p. 544: *Μέχρι Λακιβύζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος*. G. Acropolita c. 37 (Ed. Bonn. p. 64): *Ἀπὸ τῆς Νικομηδείας ἀπέρχας . . . ἐπόρθησε τὴν Λακιβύζαν*. Ephraem. v. 8313: *Λακιβύζης φρούριον*. G. Pachymeres in Michael Palaeologo 3, 10 (Ed. Bonn. T. I. p. 192): *Τῷ πρὸς θάλασσαν τῶν Νικητιάτων τῆς Λακιβύζης φρούριον*. Idem in Andronico Palaeologo 1, 36 (T. II. p. 103): *Τῇ (l. τῷ) τῶν Νικητιάτων τῆς Λακιβύζης φρούριον*. De Dacibyzā v. Forbigerum in Handbuch d. alten Geogr. T. 2. p. 389 sq. ibique not. 9.

Μεσονήσιον ἐτύμως ὠνομασμένον. Idem de Phrygia (eadem Bithynia) valet.*) Ergo Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 424: Κατὰ τὸ τῆς Φρυγίας . . Κοτύαιον (l. Κοτύαιον) . . τοῦ Βάρδα τυγχάνοντος ἐν τῷ Διποτάμῳ· χωρίον δὲ βασιλικὸν τὸ Διπόταμον, ὃ Μεσάνακτα κατονομάζουσιν οἱ ἐγχώριοι. Idem p. 499: Ἀπὸ τῶν Μεσανάκτων. Anna Comnena libro XIV (p. 441. ed. Paris.): Διὰ τε τῆς Νικαίας διελθὼν καὶ τῶν Μελαγίνων (l. Μαλαγίνων) καὶ τῶν οὕτω καλουμένων Βασιλικῶν**) ταῦτα δὲ τέμπε εἰσὶ καὶ δύσβατοι ἀτραποί, περὶ τὰς ἀκρολοφίας τοῦ Ὀλύμπου (sc. Mysii) διακείμενα. Ceterum Dipotami locum etiam Thracia meridionalis habuit prope mare Aegaeum, iuxta Peritheorium (Anastasiopolin), teste Cantacuzeno 2, 38 (Ed. Bonn. T. I. pag. 542): Ἐτερον δὲ φρούριον ἐδείματο (Graecus imp.) οὐ πολὺ ἀφεστηκὸς θαλάσσης, Διπόταμον προσαγορευόμενον. Item Thesalia secundum posteriorem libellum. — A duobus igitur, quibus interiacebat, fluviis hanc Bithyniae borealis partem origine tenus nomen traxisse puto; quamquam decursu temporum idem nomen, si cum Bithynia iungebatur, in lusum abiisse videtur.

66.

Damatrys.

Pro corrupto *Damutrito* s. *Damatos* lege *Damatryos*, quae Bithyniae erat urbs et mons, supra Scutarium et Chalcedonem, ducibus

*) Ducas cap. 18 p. 85 ed. Bonn.: Ἀπὸ δὲ Σμύρνης πρὸς Ἐφεσον ἀπάρας ἤλθε πῆξας τὰς σκηὰς εἰς τόπον, λεγόμενον Μεσαύλιον. Idem cap. 26 p. 175: Ἐν ἐνὶ τόπῳ, ὃ καλεῖται Μεσαύλιον.

**) Nicephorus Bryennius 4, 33 (p. 160. ed. Bonn.): Περὶ τι καστέλλιον, ὃ καλοῦσι Βασιλέα, πλεῖον ἢ τεσσαράκοντα σταδίων Νικαίας ἀπέχον. Ubi Meinekius Βασιλεία mavult ob cap. 36 (p. 162): Πλησίον τῆς Βασιλείας. Mihi Bryennii Annaeque locus unus idemque esse videtur legendumque Βασίλεια.

Byzantii scriptoribus Graecis. Theophanes ad annum 703. (p. 582 sq.): Ἐπὶ τὸν Δαματρὸν ἐλθὼν . . ἐν τῷ Δαματρῷ. Idem ad ann. 757 (p. 674): Εἰς τὸν ἅγιον Αὐξέντιον, εἰς τὸ πλησίον ὄρος τοῦ Δαματρῷ. Cedrenus (ed. Bonn. T. I. p. 783): Τοῦ δὲ Φιλιππικοῦ προλαβόντος, καὶ τὴν πόλιν (Constantinopolin) κρατήσαντος, αὐτὸς (Justinianus Rhinotmetus) εἰς τὸν Δαματρίᾳ ἀνῆλθεν. Idem T. II. p. 588 sq.: Περαιοὶ ἐν Χρυσουπόλει . . καὶ προσελθόντος ἄχρι μιλίων τινῶν, καὶ τῷ λεγομένῳ Δαματρίῳ ἐγγίσαντος . . . ἐν τινὶ ὑπερφῶ τῶν ἐν τῷ Δαματρίῳ παλατίων . . Leo Grammaticus p. 169 ed. Bonn.: Ἰουστινιανὸς πρὸς τὸν Δαματρὸν ἀπέδρα, καταλειφθεὶς ὑπὸ πάντων. Joel in chronogr. p. 50 ed. Bonn.: Ἰουστινιανὸς πρὸς τὸν Δημήτριον ἀπέδρα, καταλειφθεὶς ὑπὸ πάντων. Ubi lege Δαματρὸν. Michael Glycas libro IV (Ed. Bonn. p. 520): Ἀλλὰ πρῶτος ὁ Φιλιππικὸς τὰ βασίλεια καταλαμβάνει. Ὅθεν καὶ ὕστερόν τις ὁ Ἰουστινιανὸς ἐν τοῖς τοῦ Δαματρός (l. Δαματρός) ὄρεσι σὺν αὐτῷ συνάγεται τῷ στρατῷ. Constantinus Manasses, de eadem re agens, v. 4072 sq. (Ed. Bonn. p. 175): Πρὸς ὄρεσι γηλόφοις, Ἄπερ κατὰ συνήθειαν φεμὲν τοῦ Δαματρός. Videamus aevum posterius (sec. X). Theophanes continuatus in Leone Sapiente cap. 22 (Ed. Bonn. p. 369): . . ἐν τῇ μονῇ, ἣ ἐπώνυμον τὰ Σπειρά, ἐξελθεῖν, ἐν τῇ Δαματρῷ (l. Δαματρίῳ) οὐσαν (l. οὐσῇ). Idem ibid. cap. 29 (p. 375): Ἐν τῷ Δαματρῷ (l. Δαματρίῳ) οὖν ὁ βασιλεὺς ἐξελθὼν. Eadem verbotenus repetit Symeon Magister in Leone Sapiente cap. 24 (p. 712). De eadem re vide quoque Georgium Monachum in eodem imperatore cap. 31. 41 (p. 863. 869). Leo Grammaticus p. 283 ed. Bonn. (de eadem re): Ἀπελθὼν οὖν . . ἐν τῷ Δαματρῷ (l. Δαματρίῳ) κ.τ.λ. Idem ibidem p. 277. Postremo nec Comnenorum aevum hunc locum praetermittit. Ergo Cinnamus in Manuele 6, 6 (Ed. Bonn. p. 266): Βασιλεὺς δὲ (Manuel) θηρευσόμενος ἐπὶ τι τῶν ἐφ' ὧν ἐξήκει χώρων (l. χωρῶν), αὖ Δαματρὺς ἡ κλησίς ἐστιν. Eandem urbem initio seculi XIII memoratam videmus, ubi simul eius situs diligentius significatur. Ergo

Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, 3, 9 (Ed. Bonn. p. 718): *Καὶ φάλαγξ ἐτέρα τις* (Latinorum Constantinopolin obsidentium e litore Asiatico) *ἄνωθεν* (supra Chalcedonem et Scutarium) *περὶ τὸν Δαματρῶα ἡγρούλει*. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 3, 15 (p. 233 ed. Bonn.): *Βασιλεὺς .. πρὸς τὴν Χηλὴν, τὸ ἀμφιθαλάσσιον φρούριον, ἤλυνεν*, *ἔτι δὲ πρὸς τῷ Δαματρῶϊ ἐσκηνώσατο* (a. 1296). Idem in Michaeli Palaeologo 6, 24 (p. 487): *εἰς Δαματρῶα ἐληλάκῳτα*. Nil facit ad nostrum locum (qui Asiam spectat, non Europam) Codinus de aedificiis Constantinopolitanis p. 118 ed. Bonn.: *Τὰ τοῦ Δαματρίου* (Δαματρίου cod. Paris. C) *παλάτια οἱ αὐτοὶ βασιλεῖς* (Tiberius et Mauricius) *ἐκτίσαν*. De nostra urbe hunc Codini locum vix recte intelligit Wilkenus (Kreuzzüge T. 5. p. 206 ibique Hammer); Codinus de aedificiis Cpolitianis agit, non de Asiaticis.

67.

Nicomedia.

Nicomediam, veteris Bithyniae nobile caput, scriptor noster, ut alias urbes, provinciae nomine decorat. Imperii Romani aevo, quod seculo post Chr. VI sive Justiniano finire constat, Nicomedia Ponticae primae adscripta erat, coll. Hieroclis synecdemo ad calcem Constantini Porphyrogeniti Ed. Bonn. T. 3. p. 396, ibique Wesseling. Byzantina aetas eam Optimatum thematis metropolin dixit (Constant. Porphyrog. de them. l. c. p. 27).

68.

Pylae. Pythia.

Pylas et *Pythia* episcepsin, noster libellus dicit, i. e. regionem minorem, agri puto Nicomedensium vel Nicaeensium particulam. Primo

de *Pyllis* videamus, solis, ut alibi, scriptorum testimoniis in medium vocatis. Theophanes in *chronographia* ad annum 709 p. 610 ed. Bonn.: Ἀπὸ Πυλῶν . . ἕως Νικαίας καὶ Νικομηδείας. Idem ibid. ad annum 789 pag. 731: Ἐπέρσεν εἰς Πύλας. Constantinus Porphyrog. l. c. p. 25: Ἀπὸ τοῦ Ἀσιακηνοῦ κόλπου . . . καὶ τῶν καλουμένων Πυλῶν. Cinnamus in Manuele 2, 9 (p. 63. ed. Bonn.): Ἐνθα (prope *Philomelium* *Bithyniae*) φρούριόν τι ἀνωροδόμησε (Manuel imp.), Πύλας αὐτὸ κατωνομασμένον. Idem ibidem 4, 23 (pag. 194): Ἡ κατὰ Βιθυνίαν πόλιν . . Πύλαι ταύτη τὸ ὄνομα. — Juxta *Pylas* quaero *Pythia*, in eadem *Bithynia*, prope *Olympum*, *Mysiae* montem, vel in eo ipso, cum *thermis* nobilibus. Steph. Byz.: Θερμά . . . Ἔστι καὶ Βιθυνίας Θερμά, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ Βασιλικά λεγόμενα. Procopius de aedificiis 5, 3. p. 98: Πηγὰὶ δὲ Θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλαστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὃν ἐπονομάζουσι Πύθια. Eas Paulus Silentarius celebravit carmine peculiari, in *Anthologiam* recepto, apud Brunckium *Anal.* vol. 3. p. 94. De eodem loco *Anthologia Graeca Palatina* libro IX, 676 (εἰς πηγὴν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ ὄρει): Ταῖς Προύσης Νύμφαις ὑποείκομεν· ἀλλὰ καὶ αὐταὶ Κρέσσονες ἡμεῶν χαίρετε, Πυθιάδες. Αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι μετὰ Πύθια καὶ μετὰ Προῦσαν Ἡμετέρας Νύμφας εἴξατε, Νηϊάδες. Originem nominis aperire videtur Cedrenus T. I. p. 209 ed. Bonn.: Πρὸς δὲ τὸ τῶν Θερμῶν μαντεῖον γενόμενοι (*Argonautae* prope *Cyzicum*), καὶ θυσάμενοι, ἐπύθοντο· προφήτευσον ἡμῖν, Φοῖβ' Ἀπόλλων κ. τ. λ. Theophanes in *chronogr.* ad annum 525 p. 286 ed. Bonn.: . . Τὰ Θερμά τῶν Πυθίων. Constantinus Porphyrog. de administr. cap. 51 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 235): Εἰς Νικομήδειαν, εἰς τὸν Ὀλυμπον, εἰς τὰ Πύθια. Cedrenus ed. Bonn. T. I. p. 519: Κινήσας (Constantinus M.) κατὰ Περσῶν ἀπὸ Νικομηδείας, ἐν τοῖς Πυθίοις, αὐτομάτοις Θερμοῖς, παραγίνεται. Idem T. II. p. 351: Ἐν τινι μοναστηρίῳ, λεγομένῳ τοῦ Ἀσκηρῆτις, ἐν τοῖς Πυθίοις. Nicetas in Alexio, *Isaacii* fratre, 3, 6 (ed. Bonn. p. 701): Ἐξεῖσιν εἰς τὸν Ἀλέξιος . .

παρενέβαλεν εἰς τὰ Πύθια, τοῖς θερμοῖς ἐννηξόμενος ὕδασι. Pylasque et Pythia ut noster libellus iungit Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 5, 21 (Ed. Bonn. T. 2. p. 413): *Τὰ γὰρ αὐτὰ . . . καὶ οἱ Βέβρυκες* (i. e. Bithyni), *ἐκ Πυλῶν καὶ Πυθίων παρωνυμούμενοι, ἐπασχον.* Idem ibidem 7, 34 (p. 642): *Νικαίαν τε καὶ Πύθια.* De his Pythiis intelligo eundem in Michaelē Palaeologo 6, 25 (T. I. p. 494), licet scriptione corrupta: *Πλησίον ἐλθὼν Νικαίας, καὶ Ἐννάτω* (nono milliari) *ἐναυλισάμενος . . . ὅθεν καὶ προύμναν . . . κρουσάμενος Πολυπιθίων τε ἐπέβαινε.* Ubi *Πυλοπυθίων* legendum esse, quis repugnabit, coll. antecedenti loco de Pylis et Pythiis iunctis? Sic enim aliarum quoque urbium vicinarum nomina iunguntur, quod fecisse video Chronicon breve ad calcem Ducae p. 522, 14. ed. Bonn.: *Εἰς τὰ ἄφ' ἑτη* (anno Chr. 1500) *ἐπῆρεν* (cepit Turca) *Μοθορορόνην* (sic), i. e. Methonem et Coronem. Utque urbium vicinarum nomina coalescunt, sic etiam populorum, quamquam sensu non prorsus eodem. Theophanes in chronographia p. 591 sq. (ad annum 703): *Τὸ θέμα τοῦ Ὀψικίου καὶ τοὺς Γοτθογοράτους . . . οἱ δὲ παράνομοι λαοὶ τοῦ Ὀψικίου ἅμα τῶν Γοτθογοράτων . . .* Cedrenus (Theophanem pag. 479 exscribens) p. 724 ed. Bonn. T. I: *Ὁ δὲ βασιλεὺς (Heraclius) τὴν γῆν Περσαρμενίας παρέτρεχε.* Georgius Phrantza 1, 30 (p. 89 ed. Bonn.): *Τὰ τέλη (vectigalia) τῆς Μολδοβλαχίας . . . ἐβάρυνε.* Idem ibid. cap. 31 (p. 91): *Ἐλθὼν δὲ τῶν Βλάχων καὶ Μολδοβλάχων οὐδὲν κατώρθωσεν.* Laonicus Chalcocondylas libro II p. 77 ed. Bonn.: *Ἐπὶ Παιονίαν καὶ Παιονοδακίαν . . . ἀπὸ Ἀρδελίου τῆς Παιόνων Δακίας . . . ἀπὸ Παιονοδακίας.* Idem libro IV. p. 217: *Ἐπὶ τοὺς Παίονας καὶ Παιονοδακίαν καὶ . . . Ἰλλυριοὺς.* Ubi Clauseriana versio semper habet „Pannodacia.“ Idem libro V. p. 253. 254: *Ἐπὶ Παιονοδακίαν τὴν Ἀρδέλιον χώραν καλουμένην . . .*) ἐπὶ Παιονίαν . . . ἐπὶ Παιονοδακίαν . . .*

*) Laonici verba in Bonnensi editione male sic distinguuntur: . . . τὴν Ἀρδέλιον καλεσμένην, — τὸ δὲ . . . πάτριον ἔθος. Ἐπὶ ταύτην κ.τ.λ. Haec

ἐπὶ Παιονοδακίαν. Quae Paeonodacia est i. q. Transsilvania. — De iisdem Pythiis intelligo Eustathium epist. LXII (Opuscc. p. 356, 90): Τοῦ ἐν τοῖς Πυθίοις αὐτοῦ κτήματος.

69.

Opsicium.

Opsicium Asiae Byzantinae quartum thema (provinciam) effecit, coll. Constantino Porphyrogenito l. c. p. 24. Bithynorum partem, Mysios, Phryges, Dardanos complexa est. De ea vide quoque Du-Cangium Gloss. s. v. Pylas huic themati Constantinus adscribit l. c.

70.

Mare Aegaeum.

Aegaeum simpliciter dicit Noster, neque aliter Graeci Αἰγαῖον, supplentes πόντον, vel πέλαγος. Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 227: Τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ νήσους. Idem ibidem: Τὸ στόμιον τοῦ Αἰγαίου. Theophanes continuatus in Basilio Macedone cap. 60. (Ed. Bonn. p. 299): Πάντα τὸν Αἰγαῖον ληϊζόμενοι. Georgius Acropolita cap. 7 (Ed. Bonn. p. 13): Ἀμα θέρμα Ὀψικίου καὶ Αἰγαίου. Georgius Pachymeres in Michaelē Palaeologo 5, 29 (Ed. Bonn. T. I. p. 419): Νήσοις τοῖς (l. ταῖς) κατ' Αἰγαῖον. Nicephorus Gregoras 4, 5: Τὰς ἐν Αἰγαίῳ νήσους. 8, 2: Τὸ πολὺ τοῦ Αἰγαίου. 8, 5.: Εἰς τὸν Αἰγαῖον. 11, 1: Κατὰ τὸν Αἰγαῖον καὶ μετὰ τὸν Αἰγαῖον. 11, 2: Ὅσαι κατὰ τὸν Αἰγαῖον νῆσοι. 12, 7: Ταῖς ἐν Αἰγαίῳ νήσοις.

sic lege (habes enim longiorem parenthesin): . . καλουμένην — τὸ δὲ . . πᾶτριον ἔθνος — ἐπὶ ταύτην κ. τ. λ.

16, 1: Τὰς τοῦ Αἰγαίου νήσους. Cantacuzenus 2, 28: Τὸν Αἰγαῖον. 4, 25: Τὸν Ἰόνιον (l. Ἰόνιον) καὶ Αἰγαῖον καὶ τὸν Εὐξεινον παραπλέοντες. 4, 30: Τὸν Αἰγαῖον καὶ τὸν Εὐξεινον. 4, 32: Τὸν Αἰγαῖον. Laonicus Chalecocondylas libro 4 (Ed. Bonn. p. 198): Ἔς τε τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὸ Αἰγαῖον. Idem libro 9 (Ed. cit. p. 469): Ταῖς ἐν τῷ Αἰγαίῳ νήσοις. *) Pleniorē Αἰγαίου πελάγους formam rarissime apud eosdem auctores deprehendi. Constantinus Porphyrogenitus de cerimoniis 2, 44 (Opp. ed. Bonn. T. I. p. 652 sq.). Idem de thematibus libro I (T. III. p. 43. 44). Nicephorus Gregoras 2, 5: Τοῦ Αἰγαίου πελάγους. Idem 12, 16: Τοῦ Αἰγαίου πελάγους. Ducas cap. 45 (Ed. Bonn. pag. 341 coll. p. 340): Αἱ τε νῆσοι τοῦ Αἰγαίου πελάγους. Phrantza 1, 22 (p. 76): Ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει. Apud eosdem Αἰγαῖον πόντον (plene) non inveni, sed Αἰγαῖον, masculino genere.

*) Adde eundem libro 8. p. 389. 431; libro 9. p. 469; libro 10 p. 522. 556. Emendabo in transcurso eundem Chalcocondylam, emendatione dignissimum. Is igitur libro 2 (p. 66): Μετὰ δὲ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς (Turca) στρατεῖματα ἐπιπέμψας ἐς τε Μακεδονίαν τὴν πρὸς Ἰονοῦνα, τοὺς ταύτῃ Ἀλβανοὺς . . ἐδήκον. Ubi pro insano Ἰονοῦνα lege Ἰόνιον vel τὸν Ἰόνιον. Idem libro 8 (p. 432): Ἰησὲν δέ, τὸν Βρενέζω παῖδα, ἀπέδειξε στρατηγόν, παραδοὺς τό τε ἀπὸ Φερόων στρατεύμα καὶ τὸ παρὰ Ἀξιὸν καὶ τὸ ἀπὸ Θετταλίας. Ἦγονμένου δὲ Ἰησοῦ τοῦ Βρενέζω ἐσέβαλλε πρὸς τὸν Ἰόνιον τῆς Μακεδονίας χῶρον. Jam quid Jonica Macedoniae terra? Tu lege: πρὸς τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον τῆς Μακεδ. χῶραν. Vide eundem libro 1 p. 26: Τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας. Idem libro 2 p. 60: Τὴν ἐς τὸ (l. τὸν) Ἰόνιον παράλιον χῶραν. Idem libro 4 p. 185: Τὴν πρὸς τὸν Ἰόνιον χῶραν.

Lopadium.

Lopadium prope Apolloniadem Mysiae quaero, iuxta Lampen et Rhyndacum flumina. Eius haud rara apud Byzantinos memoria, quibus testibus hanc urbem seu conditam seu instauratam Comnenorum dynastiae deberi video. Ergo Cinnamus II, 5 (Ed. Bonn. p. 38): *Εἰς τὴν ἐπὶ Ῥυνδακοῦ . . πεδιάδα, ἐνθα βασιλεῖ Ἰωάννη φρούριόν τι ἐκ καινῆς ἀνφοδομήθη, ὃ Λοπάδιον ὠνόμασται τοῖς πολλοῖς.* Anna Comnena 6, 12 (Ed. Bonn. p. 315): *Κατὰ τὸν Λάμπην . . ποταμὸς οὗτος περὶ Λοπάδιον.* Eadem libro 14 (Ed. Paris. p. 439): *Τὴν Ἀπολλωνιάδα . . Λοπάδιον . . Κύζικον.* Eadem libro 15 (p. 461): *Ἐξεῖθεν (e Ciboto) εἰς τὸ Λοπάδιον ἔπεισι . . τῆς γε τοῦ Λοπαδίου γεφύρας.* Ibid. p. 464 *Lopadium* et Cios iunguntur. Adde Nicetam in Joanne Comneno cap. 5 (p. 28. ed. Bonn.): *Κατὰ τὸ πόλισμα . . ὃ περὶ τὸν Ῥυνδακὸν ποταμὸν αὐτὸς ἐδείματο.* Idem cap. 10 (p. 49): *Πρὸς τὸ περὶ τὸν Ῥυνδακὸν . . πόλισμα.* *Lopadium* suo nomine memorat cap. 9 (p. 44. 46); item in Andronico Comneno 1, 2. 4. Eius cives seditiosos vicit Andronicus Comnenus (Nicetas in Andronico I, 2. 4). Post captam a Latinis a. 1204 Constantinopolin *Lopadium* ab iisdem occupatum est (G. Acropolita cap. 7. p. 13. ed. Bonn.), brevi post ab imperatoribus Nicaenis (G. Acrop. cap. 15. p. 31). De eadem urbe adeatur Ephraemius vv. 3954. 3959. 5134. 7251. 7258. 7512. Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 6, 34 (Ed. Bonn. T. I. p. 524). Idem in Andronico Palaeologo 4, 26 (T. II. p. 336): *Ἀχινάους . . Κύζικον . . Πηγὰς . . Λοφάδιον (l. Λοπάδιον) . . Προύση . . Νικαία.* Idem ibid. 6, 22 (p. 522): *Κύζικον . . Πηγὰς . . Λοπαδίω.* Ducas cap. 18 (p. 84 sq. ed. Bonn.): *ὃ δὲ Μουσουλμάν . . ἀπὸ τῆς Προύσης ἐν Λοπαδίω ἐλθών.* Idem cap. 29. pag. 196: *Τὴν γέφυραν τοῦ Λοπα-*

διον. Flavius huius pontis erat Lampe, coll. Anna Comnena 6, 12. Fuit Lopadium Prusae vicinum, coll. Duca cap. 26 (p. 168 sq.): Ἀπέρας ἐκ τῆς Προύσης . . δια νυκτὸς ἦλθεν εἰς τὸ Λοπάδιον . . ἐν τῇ γεφύρᾳ . . ἐν τῇ ὄχθῃ τῆς λίμνης . . ἐν τῇ περσίᾳ . . τὴν γέφυραν . . ἦν . . τὸ ρεῦμα βαθὺ καὶ ἄπλετον. Ἦν δὲ βουλευθεῖν τις τοῦ περιοδεῦσαι τὴν λίμνην ἅπασαν καὶ ἐλθεῖν εἰς τὴν ἀντιπέραν, οὐκ ἄρ- κέσουσιν αὐτῷ ἡμερῶν τριῶν ὥραι. Καὶ ταῦτα στενωπὰ καὶ τραχέα ὄρη ἐν μέσῳ καὶ δύσβατα . . ἐν τῇ ὄχθῃ τῇ πρὸς τὴν γέφυραν. La- onicus Chalcocondylas libro 5 (Ed. Bonn. p. 225): Ἐν Λοπάδιῳ τῇ λίμνῃ . . τοῦ ποταμοῦ τῆς λίμνης. Quam paludem eandem cum palude Apolloniae esse puto. Phrantza 3, 7 (Ed. Bonn. p. 284): Ἐκ τοῦ Λουπαδίου (l. Λοπαδίου).

72.

Apollonias.

Apolloniam dixerat vetus aevum, *Apolloniadem* Byzantinum; quam posteriorem formam apud Hieroclem non iure damnat Wesse- lingius ad eiusdem synecdémum (ad calcem Constantini Porphyrog. Ed. Bonn. T. 3. p. 492). Eam Mysiae tribuendam esse constat. Fuitque antea Ponticae I pars (Hierocl. l. c. p. 492). En vero Byzantium quaedam testimonia. Theophanes in chronogr. p. 720 ed. Bonn.: Εἰς Ἀπολλωνιάδα τὸ κάστρον. Idem ad annum 698 (p. 573): Ἀψίμαρος . . εἰς τὴν Ἀπολλωνιάδα . . φεύγει. Theophyla- ctus, Bulgariae archiepiscopus, in epistolis a Lamio editis, epist. I (Opp. ed. Ven. T. 3. p. 709): Πρὸς τὴν Ἀπολλωνιάδα καταίρειν. Anna Comnena 6, 13 (Ed. Bonn. T. I. p. 320): Καταλαβὼν τὴν Ἀπολλωνιάδα καὶ Κύζικον πόλεις δὲ αὐταὶ καὶ ἄμφω παράλιοι. Ibid. p. 322: Τὴν Ἀπολλωνιάδα καταλαμβάνει. Et prope erat lacus haud ignobilis, cum ipsa urbe Apolloniade. Georgius Acropolita annal.

cap. 53 (Ed. Bonn. p. 113): Ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ . . ἀπὸ τῆς Νικαίας. Ephraemius v. 8948.: Ἀπολλωνιάδος κατὰ λίμνην. Ibid. v. 10279 sq.: Ἐν Ἀπολλωνιάδος ἀσκητηρίοις . . εἰς πόλιν Νικαέων. De Apolloniade urbe lacuque, cui Rhyndacus fluvius immittitur (Stephanus Byz. s. v. Ἀπολλωνία), videatur Forbigerus in Handb. d. alten Geogr. Vol. II. p. 122 ibique nota 87. Adde eundem ibidem p. 133. 159.

73.

Achyraus.

Achyrai urbs Pergamo et Lopadio vicina fuit. Nicetas in Jo. Comneno cap. 9. (p. 44. ed. Bonn.): . . Κατὰ ποταμὸν τὸν Σαγγάριον . . ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Λοπάδιον . . μετ' οὐ πολὺ δὲ . . τὴν πόλιν τὰς Ὀχυράς (sic) ἐδείματο. Pro quibus codex mixobarbarus haec habet: Εἰς τὴν πόλιν ἦλθε τὰς ἀχύρας (l. τῆς Ἀχυράους). Georgius Acropolita annal. cap. 15 (Ed. Bonn. p. 30): Καὶ συνεφωνήθη τὰ μὲν τοῦ Κιμινᾶ (Ephraem. v. 7752 Κυμινᾶ) πάντα (οὕτω γὰρ τὸ ὄρος καλεῖται ἐγγὺς τῆς Ἀχυράους τυγχάνον) μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἀχυράους. Cap. 23 (p. 40): Ἐπὶ τὴν Ἀχυράους. Cap. 87 (p. 195): Τοὺς τοῦ Καλάμου βουνοὺς . . καὶ τῆς Ἀχυράους ἐγγὺς. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 6, 34 (Ed. Bonn. T. I. p. 523): Τὰς κατὰ τὴν Ἀχυράους ἀκρας. Idem in Andronico Palaeologo 4, 26 (T. II. p. 336): Μέχρι καὶ Ἀτραμντίου . . τὰ δὲ προσωτέρω περὶ πον τὴν Ἀχυράους καὶ Κύζικον καὶ Πηγὰς καὶ Λοφάδιον (l. Λοπάδιον). Idem ibid. 5, 21 (p. 423): Ἡ Ἀχυράους. Incolae dicebantur Achyraïtae, coll. Cantacuz. 3, 29 (Ed. Bonn. T. 2 p. 180 ad annum 1341): Τάξιν ἄγων, τὴν Ἀχυραϊτῶν προσαγορευομένην. Nominativum vocis (Ἀχύρας, τὸ) nondum legi.

Atramyttium.

Atramyttium, Byzantinorum plerisque *Atramyttium*. Primus horum eam urbem Leo Sap. in indice habet (Constant. Porphyrog. nostrae edit. p. 45): *Τῷ Ἐφέσου Ἀσίας* (subsunt episcopi) . . δ' *Ἀτραμυττίου* *κ. τ. λ.* Seculo XII Anna Comnena p. 429 ed. Paris.: *Δι' Ἀτραμυτίου* (sic, uno *τ*) *καὶ Χλιαρῶν*. Nicetas in Manuele Comneno 4, 7 (Ed. Bonn. p. 194): *Τὸ Πέργαμόν τε καὶ Ἀτραμύτιον*. Idem in Andronico Comneno I, 1 (p. 361), in Alexio, Isaacii fratre, 2, 1 (p. 636), uno *τ*. Neque aliter G. Acropolita cap. 7 (Ed. Bonn. p. 13). Duplex *τ* tuetur Ephraemius v. 1619. 1268. 7513. Unum *τ* habet G. Pachymeres in Michaele Palaeologo 1, 8 (Ed. Bonn. T. I. p. 23); in Andronico Palaeol. 1, 21 (T. II. p. 59). Duplex *τ* idem habet ibidem cap. 31 (p. 81). Neque aliter Nicephorus Gregoras 6, 1 (T. I. p. 162. 166). De varia nominis scriptione vide quoque Stephanum Byzantinum agentem s. v.

Mylassus.

Mylassa s. *Μύλασσα* (plur. neutr.) veteribus placuerat (Hieroclis synecd. ad calcem Constantini Porphyrog. T. 3. p. 396, coll. ibi Wesseling. p. 438 sq.); nostro scriptori *Mylassus*. Antiquam formam servavit Constantinus Porphyrog. de them. libro I. (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 36): *Μύλασσα πόλις διάφημος*. Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 6 (pag. 700 ed. Bonn.): *Τῆς ἐπαρχίας Μυλάσσης φορολόγος*: ubi *Μυλασσήνης* legendum puto. Item Ducas cap. 17 (p. 76): *Πρὸς τὴν Μυλασέων μητρόπολιν Καρίας*. Ibid. p. 77: *Ἀπὸ*

δὲ Μολάσων εἰς τὴν ἄνω Φρυγίαν Καπατιανήν (l. Πακατιανήν, coll. Wessel. ad Itinerar. p. 664). ἦσαν. (Turcae). Eam urbem apud alium medii aevii scriptorem Graecum non deprehendi. Fuit autem ex urbibus Cibyrrhaeotarum thematis, coll. Constantino Porphyrogeuito modo citato.

76.

Melanudium.

Cariae (Cibyrrhaeotarum themati) ut Mylassus, sic etiam *Melanudium* assignandum est. De hoc loco, lacui appposito, videatur Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 3, 9 (Ed. Bonn. T. II. p. 211): Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τι φρούριον πρὸς τὸ Μελανούδιον τῶν δύο βουνῶν, πάλαι μὲν ἡμέτερον, τότε δὲ ἐχθρῶν, ὃ πάλαι οἶμαι τὸ Μιλησίων Διδύμιον ἐφημύζετο, ἔτυχε . . κρατήσας. Et Cariae urbs ipsa quoque Miletus fuit, ubi Dindymi, coll. Hieroclis synecdemo l. c. p. 396. Ceterum aliam urbem quoque eiusdem nominis Caria habuit, coll. Steph. Byz.: Δίδυμον τεῖχος, πόλις Καρίας. Hancque forsan Pachymeres l. c. in animo habuit. Postremo Melanudii nomen in insula etiam Lesbo invenitur, referente Duca cap. 45 (Ed. Bonn. p. 346): Μιτυλήνην . . τὸ ἐν μέρος τῆς πόλεως, τὸ λεγόμενον Μελανούδιον.

77.

Provincia Maeandri.

Maeander idem erit quod regio, Maeandrum flumen ambiens, quanquam usus loquendi in hoc indice adversari videtur, cui provincia idem est quod urbs quaedam cum provincia s. agro. Jam Maeandrum urbem Stephanus Byzantinus habet his verbis: Μαιανδροῦ-πολις, Μαγνησίας πόλις . . τὸ ἐθνικὸν Μαιανδρουπολίτης. Εἰ δέ

ἔστι Μαλανδρος ἡ πόλις, τὸ ἐθνικὸν Μαϊάνδριος. Et Maeandropolin Plinius quoque habet hist. nat. 5, 29, 29. Utramque urbem (si duplex fuit) Cariae assigno, coll. Forbigero in Handbuch der alten Geographie Vol. II p. 233 nota 27, ubi urbem Maeandrum omissam video. Urbs tamen Maeandri nomine post Stephanum (si revera eam nominat) apud neminem scriptorem Byzantinum occurrit, quod etiam in Chersoneso observavi. Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 6 (p. 701 ed. Bonn.): *Τὰς Μαϊανδρικὰς πόλεις*. Ergo Maeandri provincia revera idem erit quod regio, Maeandrum flumen ambiens. Ceterum novitia nominis corruptela (Mendere) iam apud Nicetam occurrit in Manuele 6, 1 (p. 231 ed. Bonn.): ubi codex mixobarbarus s. Augustanus B pro *Μαϊάνδρου* habet *Μέντρον*. Postremo ante Nicetam Cinnamus quoque Maeandro pro solo flumine uti videtur libro 7, 3 (p. 299 ed. Bonn.): *Διὰ Λαοδικείας τε καὶ τῶν Μαϊάνδρου προσόλων*.

78.

Neocastra.

Neocastra Pergamo vicina fuere. Eam urbem scriptores aevum Comnenicum secuti laud raro memorant. Nicetas in Manuele 4, 7 (Ed. Bonn. p. 195): *Οὐκοῦν καὶ ἴδιον ἐπώνυμον ταυτὶ τὰ φρούρια* (Chliara, Pergamum, Adramyttium) *κληρωσάμενα* (*Νεοκάστρα* γὰρ ὀνομαζονται), *οἰκειὸν τε ἀρμοστήν* . . *ἔχουσι, καὶ εἰς τὸ βασιλεῖον ταμεῖον ἐτήσια συμφέρουσι κέρματα*. Ubi vox *Νεοκάστρα* sensu lato intelligenda erit, cum locus sic dictus a Pergamo, Chliaris, Atramyttio cett. vere distinguendus sit; quanquam fieri poterat, ut ex his castellis, per Manuelem restitutis, unum quoddam, Neocastra, hoc ipso nomine κατ' ἐξοχὴν frueretur. Jam Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 3, 9 (Ed. Bonn. T. I. p. 210): *Λιβαδαρίου τῶν περὶ τὰ Νεόκαστρα καθηγμονεύοντος*. Ibid. pag. 220: *Περὶ τὰ Νεό-*

καστρα καὶ Ἀνδρίαν πᾶσαν καὶ Σάρδεϊς αὐτάς. Idem in Michaelē 4, 27 (T. I. p. 311): Μαλιανδρος ἡγήμουτο . . ἅπας τε ζυγὸς ἐκεῖνος τῶν Νεοκάστρον, Ἀβαλά τε καὶ Καῦστρου χώραι καὶ Μαγεδών. Georgius Acropolita annal. cap. 15 (ed. Bonn. p. 30): Νεόκαστρα δὲ ταῦτα ἦν καὶ Κελβιανὸν Χλιαρά τε καὶ Πέργαμος. Ibidem: Κώμη δέ ἐστιν ὁ Κάλαμος, ἐξ οὗ τὸ τῶν Νεοκάστρον ἄρχεται θέμα. Idem cap. 60 (p. 130): Ἐκ Νεοκάστρον δὲ οὗτος ὥρμητο, καὶ ἐτέλει τὰ πρῶτα ἐν τῇ τοῦ θέματος τουτουῖ στρατιᾷ. Ephraemius v. 7755: Κάλαμος ἡ κώμη δέ, παρ' οὗ τὸ κλίμα τῶν Νεοκάστρον τὴν καταρχὴν λαμβάνει. Idem v. 7759: Νεοκάστρον ταῦτ' ἐστι, Πέργαμος πόλις Κελβιανὸν τε καὶ Χλιαρά καὶ Σμύρνα. Idem v. 9052: Ἐκ Νεοκάστρον σειρὰν ἔλκοντα γένους.

79.

Philadelphia.

Huius nominis erant duae: prior Isauriae (Hierocl. ad calcē Constantinī Porphy. Opp. T. 3 p. 397, 23); posterior Lydiae (Hierocl. l. c. p. 394, 19). Hanc eligimus, duce contextu. Eam Sardium metropoli paruisse, testatur Leonis Sap. index (Constantinus Porphyrog. nostrae editionis p. 46). Et hoc quidem secc. IX. X. Eius haud raram postea mentionem habet bellorum cruciatorum historia; dein res ultimae Comnenorum; hinc Angelorum; deinde Lascaridarum cett. Inveni sequentia antiquitatis Graeco-Byzantinae testimonia, non plura. Et primo quidem bella cruciata (finem seculi XI) respicit Anna Comnena libro XIV (Ed. Paris. pag. 422 sq.). De Alexio, Manuelis filio, vide Nicetam in hoc Alexio cap. 16 (Ed. Bonn. p. 340): Τῇ Φιλαδελφείᾳ ἐνδιατρέψας ἀντεκάθητο . . τῷ Ἀνδρονίκῳ (eidem, qui brevi post regnum invasit). Philadelphenses brevi post ad Andronicum deficiunt (Nicetas ibidem pag. 342). Postea Isaacii

Angeli regnum detrectant, a quo frustra obsidentur (Nicetas in Isacio Angelo 2, 2 p. 522 sq.). In Alemannos, Hierosolyma petentes, eodem tempore perfidi sunt (Nicetas l. c. cap. 6 p. 539). Inde ab anno 1204 Theodoro Lascari urbs paruit, coll. Niceta in Urbe capta cap. 16 (p. 842): *Κατὰ δὲ τὴν ἑω Προνσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς, Ἀνδοῖ τε καὶ οἱ Φιλόμολποι καὶ Σμύρνη καὶ Ἑφεσος . . . Θεοδώρῳ προσανείχον τῷ Λάσκαρι. Ubi Φιλόμολποι vox nihili est. Lege Φιλαδέλφεις*, quos etiam in Alexio, Manuelis filio, idem Nicetas habet c. 16 (p. 342). Secula urbis XIII. XIV. XV. spectat Georgius Pachymeres in Michaelē Palaeologo 1, 3. 2, 6. 18. 30; idem in Andronico Palaeologo 4, 33. Neque aliter Nicephorus Gregoras 6, 8. 7, 1. 8, 12. 15, 5. Laonicus Chalcocondylas libro I (Ed. Bonn. p. 18), libro II (p. 64). Phrantza I, 23 (Ed. Bonn. p. 77). Ducas ed. Bonn. cap. 4. 17. 18. 22. Aevum urbis priscum exposuit Forbigerus in Handb. der alten Geogr. T. II. p. 196. Urbes sequentes (Attaliam, Seleuciam, Antiochiam, Laodiceam) non tantum superstites, verum etiam Constantinopolitano patriarchae subditas, iam sec. IX. X agnoscit Leonis Sap. index (p. 45 ed. cit.).

80.

Attalia.

Attalia, Ms. *Achalia*, in cuius locum *Aeoliam* mavult Grigorovicius; minus bene, propter antecedentia et sequentia urbium nomina, non provinciarum. Jamque Aeolidis quidem nomen non omnino a Byzantinorum libris exulat, immo bis ibi occurrere vidi (Nicephorus Gregoras 7, 1. Ducas cap. 4). Verum ulterioris Hellenicaeque antiquitatis nomina, quatenus provinciae spectantur, neque hic noster liber habet, neque posterior, uterque, ut vidimus, acquiescens in nominibus thematum Byzantinis. Unde *Attalia* mihi praeferenda vide-

tur. Fuit autem duplex Attalia, Lydiae altera, altera Pamphylicae sive thematis Cibyrrhaeotarum aevō Byzantino (Constantinus Porphyrog. de thematibus libro I. Opp. ed. Bonn. T. 3 p. 36—38). Easque antiquissimi Byzantinorum scriptores agnoscunt. Ergo Stephanus Byz.: *Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας, πρότερον Ἀγρόβεια ἢ Ἀλλόβεια καλουμένη. Οἱ δὲ τὴν Κιλικίας Κώροντον οὕτω φασὶ λέγεσθαι, ὡς Δημήτριος, ἀπὸ Ἀττάλου Φιλαδέλφου κτίσαντος αὐτήν.* Qui Stephani locus mihi mancus et mutilatus esse videtur. Utramque Attaliam etiam Hierocles agnoscit (ad calcem Constantini Porphyrog. T. 3 p. 394, 20. 395, 10). Jam primò de *Attalia* Pamphylicae (Cibyrrhaeotarum) videamus. Eam Arabes, regni Byzantini primò post Mohammedem aevò vexatores, non praeterierunt, coll. Theophane p. 720 ed. Bonn.: *Ἐλθόντες ἕως τὰ Μύρα .. τὸ ἀκρωτήριον τῶν Χελιδονίων .. τὸν κόλπον τῆς Ἀτταλείας* (Arabes intrant). Saeculis IX. et X eam Leonis Sapientis index habet: „XXVI. Τῷ Συλατου, ἦτοι τῆς Πέργης, δευτέρας Παμφυλίας (metropolitae subsunt sequentes episcopi): *Ἀτταλείας* κ. τ. λ.“ Brevique post Constantinus Porphyrogenitus de cerem. 2, 44 (Opp. ed. Bonn. T. I. p. 657): *Ὁ στρατηγὸς τῶν Κιβυρραίων τῶν καὶ ὁ κατεπάνω τῶν Μαρδαϊτῶν Ἀτταλίας* (sic). Idem ibidem p. 660: *Ὁ τε Κιβυρραϊώτης καὶ ὁ κατεπάνω τῶν Μαρδαϊτῶν Ἀτταλίας* ... εἰς *Ἀτταλίαν*. Idem ibid. cap. 45 (p. 665): *Γαλέαι τῆς Ἀτταλίας* 15. De hac Attalia vide eundem in libro de administr. cap. 50 (T. 3. p. 229. 231). Saeculo XV eam habet Ducas cap. 43 (ed. Bonn. p. 328): *Καὶ ἐστάλη ἐν Ἀττάλει τῆς Παμφυλίας τοῦ ἡγεμονεύειν ἐκεῖ.* Et haec quidem medii aevi testimonia indubie Attaliam Pamphylicae spectant. De altera, Lydiae, dubius haereo; quanquam Philadelphia Lydiae iuxta memorata, satisque propinqua, ei favere videtur. Eam vero, quod haud levis momenti quibusdam esse videbitur, Leonis Sap. index in metropoli Sardium, cuius etiam Philadelphia, omittit, ni pro *Σατάλων* ibidem *Ἀτταλείας* legere velis. Leakiusque in itineralio suo Asiae minoris pagum nomine Atala,

prope Philadelphiam, ex oriente, tabulae suae geographicae inscripsit, quocum conferendus Forbigerus in Handb. der alten Geographie Vol. II. p. 151 (nota 79), p. 192, Attaliam Pamphylicae praetermittens. Attaliae memoria, utrius, nescio, inde a bellis, quae dicunt, cruciatis saepius repetitur. Anna igitur Comnena libro XIV (ed. Paris. p. 420): *Τὴν τῆς Ἀτταλείας φρουράν*. De Joannis Comneni regno videatur Nicetas in Jo. Comneno cap. 10 (ed. Bonn. p. 50): *Τὴν Φρουρίαν παρελθὼν, τὴν τ' Ἀττάλου λαμπροτάτην πόλιν καταλαβὼν*, coll. de eadem re Ephraemio v. 3992. Cinnamus in Manuele 4, 17 (Ed. Bonn. p. 179): *Τῷ δ' ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατεύματι, ἐνταῦθα που ἐπὶ τῆς Ἀττάλου μένοντι, ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἡπῶν ἐκέλευεν*. Mortuo Manuele Turcarum Iconiensium Sultanus Attaliam armis petiit, referente Niceta in Alexio, Manuelis filio, cap. 16 (Ed. Bonn. p. 340), ubi denuo dicitur *Ἀττάλου λαμπροτάτη πόλις*. Post captam a. 1204 a Latinis Constantinopolin Italus quidam, Aldobrandinus, Attaliam sibi subiecit (Nicetas in Urbe capta cap. 16 p. 842). Brevi post alius Iconiensium Turcarum impetus in urbem evenit (Nicetas l. c. p. 843). Lascaridarum Nicaeensium aevum respiciunt Nicephorus Gregoras I, 3 (T. I. ed. Bonn. p. 17) Ephraemiusque v. 7567. In fine noto, probe ut alibi, ita etiam in nostra de his disceptatione attendendum esse ad formam et rationem scriptorum Byzantinorum, qua in Attaliae mentione utuntur. Erant prisco aevo, ut diximus, duae Attaliae. Quare vero ii Graecorum, qui inde a seculo XII scripsere, simpliciter de Attalia loquuntur, non de Attalia Lydiae vel Pamphylicae, quod etiam in Laodicea et Antiochia fecisse hand ignoramus? Unde haud absimile vero videbitur, seculis XII—XV Attaliam Lydiae evanuisse, Pamphylicae revera solam superstitem fuisse. Lucem quandam in his tenebris forsitan ea ministrabunt, quae de Seleucia exponentur.

Seleucia.

Seleucia, Pamphyliae urbs, ut Attalia, aeo antiquo, Ciliciae Tracheae contigua, forsan eius finis occidentalis fuit. De ea Stephanus Byzantinus: *Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ, τραχεία λεγόμενη. Ὡνόμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. Stephanus ἐπὶ Κιλικίᾳ* dicit, non simpliciter *Κιλικίας*, quocum ea confer, quae Wesselingius monuit ad Itineraria pag. 708. Aliam Seleuciam, Attaliae multo propiorem, habet Leakii tabula geographica itinerarii Asiae minoris, item maritimam, dubium ex quo scriptore petitam. De priori Seleucia videndus Constantinus Porphyrogenitus in thematum libro I (T. 3 p. 35 sq.). Eo teste peculiare thema fuit seculo X, interpositum Ciliciae et Cibyrhaeotarum themati. Eandem, non Pisi-diae, Seleuciam minus notam, agnoscit Cinnamus 4, 17 (Ed. Bonn. p. 179): *Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ ἐγένετο* (Manuel imp., Ciliciam bello petens), *Ἀλεξίῳ μὲν τῷ Κασιανῷ, ὃς τὴν Σελευκίαν τότε διεῖπεν ἀρχὴν, τὸν αὐτόχθονα ἐκέλευεν ἀθροίσαντι στρατὸν ἐν παρασκευῇ ἔχειν· ὁ δὲ (ipse imp.) .. τὴν ἐπὶ Σελευκίας ἡπείγετο .. ὥς δὲ αὐτὸς μὲν τὰ ἐπὶ Σελευκίας ἐξῆλθε πεδία .. βασιλεὺς δὲ τῇ ὕστεραίᾳ εἰς τὴν Κιλικίων εἰσελάσας κ. τ. λ.* Non aliam ab hac Se-lenciam memorat Nicetas in Jo. Comneno cap. 5 (Ed. Bonn. p. 29): *Λεβόνην, ὃς Ἀρμενίας* (Cilicia aevii medii) *ἦρχε .. Σελευκίας ἐπιβῆναι πειρώμενον.* Eum ab alia parte, sc. per Pylas Ciliciae, imperator Graecus adortus fugavit.

Antiochia Maeandri.

De aeo eius antiquo videatur Forbigerus in Handbuch der alten Geographie T. II. p. 233 sq. Cariae eam tribuit Leonis Sap.

index: *Τῷ Σταυρονπόλεως Καρίας* (subsunt episcopi) *ὁ Κιβύρας* . . *ὁ Ἀντιοχείας Μαιάνδρου κ. τ. λ.* In historia bellorum cruciatorum sec. XI. XII eam non praetermittit Anna Comnena libro XIV (Ed. Paris. p. 422 sq.). Seculum Christi XIII tangit Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 6, 20 (Ed. Bonn. T. I. p. 468) et alibi. Nicephorus Gregoras 7, 1 (Ed. Bonn. T. I. p. 214): *Τὰ μέχρι Φιλαδελφείας, καὶ τῆς . . περὶ Μαιάνδρου ποταμὸν Ἀντιοχείας*. Ibidemque Gregoras Maeandrum ποταμὸν Ἀντιοχείας dicit. Quod non secus sec. XV apud Georgium Phrantzam I, 23 (Ed. Bonn. p. 77): *Ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου, ποταμοῦ Ἀντιοχείας*. Ubi noto, latinam Phrantzae interpretationem male haec habere: „a Maeandro fluvio usque Antiochiam.“

83.

Laodicea.

Huius nominis erant plures. Ex his ea eligenda est, quae erat Phrygiae minoris s. Pacatianae (Cariae), Lyco flumini apposita, monente libelli nostri contextu. Antiquum eius aevum Forbigerus exposuit in Handb. d. alten Geographie T. II. p. 347 sq. De situ eius Plinius h. n. 5, 29: *Celeberrima urbs Laodicea imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo et Capro*. Ptolemaeus geogr. 5, 2, 18 (Ed. Nobb. T. 2 p. 12): *Καρίας . . Λαοδίχεια ἐπὶ Λύκῳ. Ἀντίοχεια πρὸς Μαιάνδρῳ*. En eius historiam, quatenus finem regni Byzantini, i. e. secula XII — XV spectat. Ergo Cinnamus 1, 2 (p. 5 ed. Bonn.): *Ἔτι δέ τις ἄγχιστα Λύκον καὶ Κάπρον, τῶν Φρυγίων ποταμῶν, κειμένη πόλις, Λαοδίχη*. Ubi vulgatam scriptionem (Λαοδίχεια) recte tuetur editor, quocum apprime consentit Leonis Sapientis index (Constantinus Porphyrog. p. 45 nostrae editionis). Idem 4, 24 (p. 198): *Καὶ τὴν πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ Λαοδίχειαν*. Idem 7, 3 (p. 299): *Λαοδικείας τε καὶ τῶν Μαιάνδρῳ προσοίκων*.

Nicetas in Joanne Comneno cap. 4 (p. 17 ed. Bonn.): *Τῶν πόλεων . . . δπόσαι περὶ Φρυγίαν καὶ ποταμὸν τὸν Μαιάνδρον ἴδρυνται . . . ἐκράτησε (Joannes imp.), τὴν τε Λαοδικεῖαν . . . τείχεσι περιέβαλε.* Idem in Manuele Comn. 3, 6 (p. 163): *Τὴν κατὰ Φρυγίαν ἐκπορθεῖ Λαοδικεῖαν (Turcarum Sultanus), οὐκέτι οὔσαν συνοικουμένην, ὡς νῦν ἐώραται, οὐδ' εὐεργέσι φραγνυμένην τείχεσι, κατὰ δὲ κόμας ἐκκεχυμένην περὶ τὰς ἀκρωρείας τῶν ἐκεῖσε βουνῶν.* Idem ibidem 6, 8 (p. 255): *Τὴν ἐν Φρυγίᾳ Λαοδικεῖαν.* Idem in Isaacio Angelo 2, 5 (p. 523): *Τοὺς Λαοδικεῖς . . . Φρύγας.* Ibid. cap. 6 (p. 539): *Τὴν ἐν Φρυγίᾳ Λαοδικεῖαν.* Idem in Urbe capta cap. 16 (p. 842): *Αἱ Χῶναι καὶ ἡ ἀγχιτέγγων Φρυγικῇ Λαοδικεῖα, καὶ εἰς ὅσα περικλᾷται Μαιάνδρος.* Georgius Acropolita cap. 69 (p. 153 ed. Bonn.): *Τὸ ἄστυ τῆς Λαοδικείας.* Ephraemius in Caesaribus v. 3783 sq.: *Πόλεις, τὰς πρὸς Φρυγίᾳ καὶ Μαιάνδρῳ κειμένας . . . καὶ Λαοδικεῖαν . . . πόλιν.* Ibid. v. 5957: *Διὰ δὲ Φρυγίας τε Λαοδικείας.* Ducas cap. 4 (p. 18 ed. Bonn.): *Τὴν Φρυγίαν διαβάς καὶ ἀπὸ Λαοδικείας εἰς Ἐφεσον κατελθών.* Idem cap. 17 (p. 77): *Ἀπὸ δὲ Λαοδικείας εἰς Φρυγίαν Σαλουταρίαν κατήντησαν (Turcae). Eam Phrygiae (minoris) et Cariae confinio assignandam esse, recte monuit Wesselingius ad Hieroclis Synecdemum (l. c. p. 449); concinitque Ducas cap. 4 (p. 18 ed. Bonn.): Διαβιβάσας (Turca) τὸν Μαιάνδρον, καὶ Καρίαν πᾶσαν καὶ Λυκίαν . . . λαβών. — Ultima libelli nostri (et usque ad ipsam Antiochiam) quemnam sensum habeant, ego nondum inveni. Distinguitne scriptor inter urbem ipsam eiusque agrum? Quod vix credendum. Quare vero (si istud statueris) malo ordine post Antiochiam addit Laodiceam?*